KEY TO
ARNOLD'S LATIN PROSE COMPOSITION

REVISED

PA 2087
A 75K

SOUTHERN COLO[illegible] [illegible]DE LIBRARY

Mount St. Joseph-on-the-Ohio

PA 2087
A 75K
[redacted]

124059

Southern Colorado State College
Pueblo, Colorado

SOUTHERN ... GE LIBRARY
ACADEMY OF ... -OHIO
UNIVERSITY OF SOUTHERN COLORADO
3 3040 00417 0574
DISCARDED BY
CSU-PUEBLO LIBRARY

Southern Colorado State
College Library
Pueblo, Colorado

Presented by

Sister Charles Regina

Seton High School

KEY TO EXERCISES

IN

LATIN PROSE COMPOSITION

BY

THOMAS KERCHEVER ARNOLD

CORRECTED AND REVISED FROM THE FIRST AMERICAN EDITION

By J. E. MULHOLLAND

Professor of Latin and Greek, St. John's College, Brooklyn, New York City

NEW YORK ·:· CINCINNATI ·:· CHICAGO

AMERICAN BOOK COMPANY

PUBLISHERS' NOTE.

The publication of the revised edition of Arnold's Practical Introduction to Latin Prose Composition, containing many additions and changes in the exercises, has necessitated a corresponding revision of the Key. The work has been prepared with great care for the use of teachers, in the hope that it may further popularize this standard work, which has stood the test of many years' use in the schoolroom.

Copyright, 1894, by
AMERICAN BOOK COMPANY.

W. P. 5

PA 2087
A 75K

124059

PART I.

PAGE 19, § 5.

Si tu exercitusque valetis, bene est. Et tu et Balbus manus sustulistis. Et ego et tu bella gessimus multa. Et tu et Balbus bella gessistis permulta. Fames condimentum optimum. Galli a Cæsare victi sunt. A te et Balbo manus sublatæ sunt. Si tu et soror tua valetis, bene est.

PAGE 22, § 14.

Respondit se bella gessisse multa. Negat se peccasse. Negat se intelligere. Negat Cæsarem leges esse violaturum. Memento famem esse condimentum optimum. Respondit se intelligere. Respondit et te et Balbum valere. Et tu et Balbus peccavistis.

PAGE 23, § 18.

Solon se furere simulavit. Me furere simulabo. Promisit se venturum. Recipio me negotium ex tua sententia confecturum. Spero te ex sententia navigaturum. Negotium a Balbo confectum est. Spero me negotium confecturum. Se furere simulabat. Negotium me confecturum pollicitus sum. Respondit Caium ex sententia navigasse. Respondit se negotium esse confecturum. Negat se venturum. Iter ex sententia confecit.

PAGE 25, § 26.

Bonos sapientesque ex civitate pellunt. Omnes multa ignoramus. Inter se contraria sunt virtus et vitium. Cæcus non videt. Boni sapientesque ex civitate pulsi

sunt. Surdus non audit. Audi multa: pauca loquere. Omnia nostra nobiscum portabimus. Perpauca locutus est. Et tu et Balbus multa ignoratis. Negat se valere. Pauca audient: loquentur multa. Parentibus permulta debemus. Memento te parentibus debere permulta. Negat se ex equo pugnaturum.

PAGE 28, § 34.

Nulla animalia, quæ sanguinem habent, sine corde esse possunt. Non omnis, qui seritur, ager, fruges fert. Qui facile credit, decipitur facile. Quod rectum est, laudatur. Quæ recta sunt, laudantur. Et ego et tu decepti sumus. Lauda, quod laudem meretur. Qui agrum non colit, messem sperat frustra. Negat se esse deceptum. Balbo non facile credam. De me Balbus bene meritus est. Quod te confecturum promisisti negotium, id nondum est confectum. Arborem, cujus fructum ipse adspiciam nunquam, sevi. Simulat se negotium ex sententia confecisse.

PAGE 30, § 39.

Jucundum est laudari. Contra officium est promissa non servare. Contra officium est, quæ turpia sunt, laudare. Audio te, id quod boni faciunt omnes, promissa servare. Audio te fidem esse præstiturum. Turpe est fidem fallere. Aliud est maledicere, aliud accusare. Certum est de me Balbum esse bene meritum. Contra officium est mentiri. Et tu et Balbus multa mentiti estis. Turpe est bonos et sapientes ex civitate pellere. Facile est omnia mea mecum portare. Contra officium est hominem hominibus maledicere. Laudavi ego te, non culpavi.

PAGE 33, § 47.

Hoc idem est quod illud. Eadem est utilitatis regula quæ honestatis. Hoc fere idem est quod aliud. Talis es, qualem te semper esse putavi. Nemo est quin sciat Gallos a Cæsare esse victos. Nemo est quin te simulare intelligat.

Nemo est quin sciat præterita mutari non posse. Nemo est quin hæc inter se contraria esse sciat. Et ego et tu tales sumus, quales semper fuimus. Fluctus tanti erant, quantos nunquam antea videram. Sunt qui te dementem putent. Fuerunt, qui me culparent.

PAGE 35, § 52.

Gloriam, qui veræ virtutis est fructus maxime honestus, repudiat. Eos ignes sempiternos, quas dicimus stellas, admiratur. Insula mari, quem appellatis oceanum, circumfunditur. Insulam quasi magnam, quem appellamus mundum, incolimus. Nemo est, quin Romam orbis terrarum esse caput arbitretur. Nemo est quin Balbum de nobis esse bene meritum existimet. Sunt qui rideant. Sunt qui riserint.

PAGE 36, § 57.

Primus mihi se subventurum esse promisit. Quod optimum habent, amittent. Servum quem habeo fidelissimum, mittam. Primus deos esse negavit. Ignis tantus est, quantum nunquam antea vidi. Astra eadem sunt, quæ semper fuerunt. Primus negotium se confecturum recepit. Spero te, quæ tua est temperantia, jam valere. Hoc nemo, quod sciam, dixit. Sestius, quod sciam, non venerat. Nullam occasionem, quod sciam, amisi. Sunt qui occasionem amiserint.

PAGE 38, § 61.

Ut possis mori fortiter, virtutis legibus pareto. Se furere simulabat, ne pelleretur e civitate. Clamat de exercitu actum esse. Mihi res urbanas omnes te perscripturum pollicitus es. Ut moriaris fortiter, honeste vive. Laudat Caium, ut a Caio ipse laudetur. Caium laudabit ut laudetur ipse a Caio. Nemo, quod sciam, laudaverat Balbum, ut ipse a Balbo laudaretur. Tu, quae tua est humanitas, negotium te confecturum promisisti. Tu pro tua humanitate idem, quod antea, mihi promisisti. Erant qui riderent.

Page 40, § 70.

Hoc meditare quotidie, ut e vita æquo animo excedas. De sua ætate multa mentitus est, quo junior esse videretur. Ne multa discas, verum utilia. Multa dixit quo sapiens esse existimaretur. Res rusticæ ejusmodi sunt, ut eas venti tempestatesque moderentur. Scio meum patrem non multa discere, sed multum. Vivam honeste, quo magis fortiter moriar. Vixit honeste quo vitam animo relinqueret æquiore. Tanta est stellarum multitudo, ut numerari nequeant. Sunt qui mihi se subventuros esse promittant.

Page 43, § 79.

Rogo te ut hoc facias. Rogavi te, ut hoc faceres. Ut me juves, enitere. Enititur ut ventos et tempestates moderetur. Cæsarem, ne Gallis crederet, monuit. Ne Gallis credas. Ne mentiaris. Homines, ne mentiantur, religio monet. Certum est puerum, ut discat, eniti. Puerum, ut discat, hortabor. Scimus virtutem et vitium esse inter se contraria. Edixit, ut ad suum Senatus vestitum rediret. Trebonio per litteras mandaverat, ne Massiliam expugnandam pateretur. Tanta ei perseverantia, quantus furor. Senatus decernit ut Consules delectum habeant. Sunt qui mentiantur.

Page 45, § 84.

Religio monet ne fidem unquam fallamus. Puer, ut nihil discat, enititur. Illud primum rogo te, ne quid mea causa invitus facias. Consules edicunt, ne quis ex urbe excedat. Tantus fuit omnibus timor, ut nemo ex urbe excederet. Senatus decrevit, ut Consules delectum haberent. Restat ut Balbo subveniam. Nemo fuit, quin de exercitu actum esse clamaret. Balbo læti subvenerant. Erant qui Balbo subvenirent. Erant qui virtutem et vitium esse inter se contraria negarent. Sequitur, ut virtutem et vitium esse inter se contraria negetis.

Page 47, § 90.

Quis dubitat, quin virtus et vitium inter se contraria sint? Negari non potest, quin turpe sit mentiri. Quis dubitat quin mundus consilio factus sit? Non dubito quin et tu et Balbus manus sustuleritis. Cæsarem nunquam videt, quin exclamet de exercitu actum esse. Nihil prætermisi quin negotium conficerem. Non possum quin Balbo subveniam. Negari non potest, quin Caius ex sententia navigaverit. Temperare mihi non possum, quin ex urbe excedam. Nemo est tam bonus, quin aliquando peccet. Fuerunt, qui ex urbe excederent. Non ignoro Caium occasionem amisisse.

Page 48, § 93.

Parum abfuit, quin interficeretur. Negari non potest, quin turpe sit fidem fallere. Negari non potest, quin officium nobis jubeat promissa servare. Minimum abest, quin miserrimus sim. Nemo est tam ferreus, quin suos liberos diligat. Non possum, quin litteras ad te mittam quotidie. Ut multum discas, ne discas multa. Vir vere sapiens nunquam dubitabit, quin animus sit immortalis. Non recusabo quin me ex civitate pellas. Non recusabo quin omnes ex urbe excedatis. Negari non potest, quin mens animo imperare debeat. Fieri non potest, quin animus sit immortalis.

Page 49, § 100.

Quid obstat, quominus hoc faciamus? Nihil impedit, quominus hoc facias. Nihil sapientem deterret, quominus virtutis legibus pareat. Nihil Caium deterruit, quominus legibus pareret. Vereor ut tantos labores sustineam. Vereor ut tantos labores sustineat. Vereor ne tuos labores augeam. Quid impedit quominus bellum geramus terra marique? Quid impedit, quominus omnia tua tecum portes? Ne simules te furere. Negari non potest quin vitium crescat quotidie. Per Caium stetit, quominus terra marique bellum gereremus.

Page 51, § 106.

Nonne boni sapientesque e civitate pulsi sunt? Nonne virtus et vitium inter se contraria? Num homines ventos et tempestates moderantur? Nonne omnes moriemur? Nonne mundus consilio factus est? Nonne permulta parentibus debemus? Nonne per te stetit quominus ex urbe excederemus? Nonne minimum abfuit quin Caius interficeretur? Nonne fluctus tanti erant, quantos nunquam antea videras? Unde venis? Num omnes tibi se subventuros promiserunt? Nonne invitus se negotium confecturum promisit? Nonne omnes diu nos victuros esse speramus? Nonne negotium ex sententia confecit? Sunt qui negent Caium negotium confecisse. Erant qui mihi maledicerent.

Page 53, § 117.

Unde venis? Unde veniat, rogabo. Hoccine facere debeo? Dubito num hoc facere debeam. Rogabat nonne lupo canis simillimus esset. Haud scio an bene dixerit. Negavit se scire. Balbus, quod sciam, non venit. Nonne mori satius quam vivere turpiter? Nihil prætermittam, quin negotium ex tua sententia conficiam. Quanti fuerint fluctus, rogabo. Quis nescit quam jucundum sit a bonis laudari? Ex Balbo, quot fuerint, quæram. Sunt qui ex Balbo quæsiverint.

Page 55, § 123.

Quid interest utrum vinum an aquam bibas? Utrum vicerint an victi fuerint Romani, incertum. Hominumne causa an bestiarum factus est mundus? Utrum somnus sempiternus an vitæ alterius initium est mors? Multum interest utrum mors sit somnus sempiternus an vitæ alterius initium. Vicerint, necne, Romani, incertum.

Page 58, § 133.

Num gloriæ servo esse homini licet? Nonne nos patriæ legibus parere oportuit? Quid facere debui? Quid facere

debuissem, rogavi. Nemini vitam alteri eripere licet. Negari non potest quin vitam egerit sanctissimam. Nonne sanguinem pro patria profundere debuit? Dubium non est quin vitam egerit turpissimam. An servi gloriæ esse debemus? Nonne virtutis legibus parere debuit? Per te stetit, quominus mihi vita a Caio eriperetur.

Page 61, § 143.

Apiolæ, oppidum Latinorum, a Tarquinio rege captum est. Philosophia fuit legum inventrix, morum magistra et disciplinæ. Frugalitas est virtutum genetrix. Negari non potest quin philosophia fuerit legum inventrix. Caius Athenas omnium doctrinarum inventrices appellabat. Negari non potest, quin sapientia recte vitæ beatæ appélletur effectrix. Non eadem volo senex, quæ puer volebam. Nihil prætermisi, quin negotium ex tua sententia conficerem. Per te stetit, quominus urbs Roma igne deleretur. Fœdus inter Romam Laviniumque urbes renovatum est. Nonne fœdus inter Romam Laviniumque urbes renovatum est? Nonne fœdus inter Romam Laviniumque urbes renovari debuit?

Page 63, § 151.

Valere malo quam dives esse. Tibi molestus esse cœpi. Desinas esse timidus. Non est dubium quin puer orator sit evasurus. Ne Caio molestus esse pergas. Negari non potest, quin Balbus multis sapiens esse videatur. Nemo nascitur dives. Nemo casu bonus fit. Numa Pompilius rex factus est. Per te stetit quominus rex fierem. Promittit se negotium confecturum. Nemo sine virtute felix esse potest. Non est dubium quin nemo sine virtute felix esse possit. Malo bonus esse quam videri. Multi nequeunt oratores evadere. Poeta nascitur, non fit. Casune an consilio mundus factus est?

Page 65, § 155.

Nobis esse miseris liceat. Nobis esse mediis liceat. Non est dubium quin nemo medius esse possit. Negligenti esse nocet. Non est dubium quin omnibus esse bonis expediat. Quid sibi expediat, dubitant multi. Non omnibus esse sapientibus datur. Nemini esse luxurioso expedit. Mihi esse luxurioso non vacat. Negari non potest quin paucis esse luxuriosis vacet. Non est dubium quin omnibus prosit vitam agere honestam. Non est dubium quin sapiens valere quam dives esse malit. Non est dubium quin nemo casu bonus fiat. Mavisne dives esse quam valere? Valere an sapiens esse mallet, rogavi. Medius esse non debuisti.

Page 68, § 163.

Num gratia beneficii onus est grave? Nonne mors fuga est laborum? Nulla mortis fuga est. Nonne iræ remedia sunt multa? Misericordia erga pauperes boni sæpe fracti sunt. Rerum alienarum cura est difficilis. Omnes nimium temporis perdimus. In rerum natura argenti plus an auri inest? Per te stetit quominus promissa servarem. Ejus nunc ætatis sumus, ut omnia fortiter ferre debeamus. Negari non potest quin Pythagoras Abderites philosophus fuerit maximus. Antisthenes, quid emolumenti ex philosophia cepisset, interrogabatur. Antisthenes, interrogatus quid emolumenti ex philosophia cepisset: ut possim, inquit, mecum colloqui. Quantum temporis omnes perdimus! Negari non potest, quin omnes multum temporis perdamus. Erant, qui multum temporis perderent.

Page 72, § 178.

Eorum alter Græcus fuit, Romanus alter. Thales Milesius primus Græcorum solis defectionem prædixit. Idem ego consul feci. Properato ait non opus esse. Cibi multum corpori opus est. Nonne ingentis magnitudinis serpentes Lemno insula reperti sunt? Dubitari non potest quin iste

homo sit honoris nullius. Quid nobis tua auctoritate opus est? Negari non potest quin corpori opus sit cibo et potu. Opus est consulto. Negari non potest quin nobis opus sit consulto. Nonne altera natura est consuetudo? Verres dicebat sibi multis rebus opus esse. Quantum pecuniæ vobis opus est? Nihil prætermisi quin Pompeium a Cæsaris conjunctione abducerem. Quot estis? Rogabo quot sint.

Page 74, § 181.

In summis Alpibus tantum est frigoris ut ibi nix liquescat nunquam. Numerate quot sitis. E tot millibus Græcorum supersumus pauci. Trecenti juravimus. Summus mons a Tito Labieno tenebatur. Luna planeta infimus esse arbitrabatur. Negari non potest quin altera natura sit consuetudo. Servi sunt moribus iisdem quibus et domini. Quis est quin intelligat alteram naturam esse consuetudinem? Caius reliquum opus se confecturum promittit. Trecenti reliquum iter confecimus. Aliæ lanæ albæ, nigræ aliæ. Chamæleon, animal unicum, neque cibo neque potu alitur. Indus fluviorum omnium est maximus.

Page 77, § 186.

Omnes beneficii immemorem oderunt. Avida periculi virtus est. Multi sunt contentionis quam veritatis amantiores. Sapientiæ studiosos Pythagoras philosophos appellat. Omnes beneficiorum memores esse debent. Hortensium gloriosi laboris consortem Cicero amisit. Iste omnium hominum turpissimus idem est, qui semper fuit. Epaminondas adeo erat veritatis diligens, ut ne joco quidem mentiretur. Debemus omnes adeo patriæ amantes esse, ut pro ea ne sanguinem quidem profundere dubitemus. Puerum, ne officii negligens deveniat, monebo. Negavit se officii negligentem esse. Negari non potest, quin omnes patriæ amantes esse debeamus. A me petit ut ea in bonam partem accipiam. Virtutem esse voluptatis efficientem negant.

Bellum ita suscipiatur, ut nihil aliud quam pax quærenda videatur.

PAGE 79, § 189.

Earum rerum, quas pueri didicimus, tenacissimi sumus. Insula Pharos magnæ urbis haud capax est. Caium de moribus reum facturi sunt. Caium de vi reum fecerunt. Caium absentem impietatis reum fecerunt. Nihil prætermisi quin Cæsarem mei consilii certiorem facerem. Vereor ut me sui consilii faciat certiorem. Doctrinæ expertem esse turpe. Vereor ut fidem præstet. Promisit se nihil prætermissurum quin Pompeium a Cæsaris conjunctione abduceret. Nemo est quin credat te omnis periculi expertem esse futurum. Admonet nos ut omnia sint periculi plena. Sunt qui negent virtutem voluptatis esse efficientem.

PAGE 83, § 202.

Athenienses Socratem insimulaverunt impietatis et capitis damnaverunt. Barbarorum est in diem vivere. Constat superstitionem animi esse imbecilli. Constantiæ est magnæ rebus adversis non perturbari. Stulti est in errore perseverare. Tuum est patriæ legibus parere. Non cujusvis est æquo animo e vita excedere. Per te stetit quominus ille Balbum proditionis accusaret. Promittit se de pecuniis repetundis Dolabellam postulaturum. Ab Augusto capitis damnatus est. Ab Augusto seditionis Caius absolutus est. Beneficiorum ne obliviscaris. Christiani est pauperum misereri. Negari non potest quin christiani sit pauperum misereri. Vereor ut facile injuriæ obliviscatur. Vereor ne injuriæ recordetur. Nonne id me monuisti? De religione nos adversæ res admonent. Negari non potest quin capitis absolutus sit.

PAGE 86, § 208.

Quid Caii interest, utrum vinum an aquam bibat? Mea magni refert quam ob rem hoc fecerit. Nostra magni refert

utrum mors sit somnus sempiternus an vitæ alterius initium. Ne quem pacis pœniteat, enitar. Mea magni interest, Caium mei consilii certiorem fieri. Enitar ut tua intersit negotium conficere. Tua refert niti ne quem pacis pœniteat. Eorum nos miseret, qui absentes proditionis accusati sunt. Enitar ne quis erroris mei reminiscatur. Levitatis meæ pudet me pigetque. Enitar ne quem mei pudeat. Tua interest, ne capitis me damnent. Omnium interest ne boni et sapientes e civitate pellantur. Mihi Plato est instar omnium. Unus ille dies immortalitatis instar Ciceroni fuit. Aurea corona donatus est virtutis ergo.

PAGE 89, § 213.

Dubitari non potest quin homines virtuti nati simus. Negari non potest, quin tuis moribus sit alienissimum mentiri. Innocenti verba invenire facile est. Vereor ut verba invenias. Negari non potest quin mors omni sit ætati communis. Pater eum admonuit, ne se ad gloriam natum esse crederet. Vereor ut hæc ad istam rem sint utilia. Nonne intelligis quot periculis obnoxii simus? Vereor ut hæc divitibus grata sint. Omnes nostri similes amamus. Nobis nostra quam aliena pericula sunt propriora. Negat se huic culpæ affinem esse. Negari non potest quin ille fuerit moribus ab impietate alienissimis. Nemo est quin existimet a tuis moribus esse alienum fidem præstare. Balbi esse similis volui. Tu, quæ tua est temperantia, libidinum es inimicus. Quid toti Græciæ sit utile, ut reperiam nitar. Vereor ut argumenta hæc sint temporibus apta. Periculis hisne an majoribus es obnoxius?

PAGE 90, § 214.

Nonne tua ipsius pericula quam aliena tibi propiora sunt? Negari non potest quin ille moribus sit commodissimis. Multi sua ipsorum pericula quam aliena sibi propiora esse dicunt. Negant se ad superstitionem proclives esse. Nonne

potuit vitam agere honestiorem? Per te stetit quominus vita nobis eriperetur. Num philosophia optima est et morum et disciplinæ magistra? Dicere solebat Athenas omnium doctrinarum esse inventrices. Per te stetit quominus orator evaderem. Catonis quam Pompeii similis esse malo. Ne Balbus quidem ab ambitione alienus est. Negari non potest quin nobis, a superstitione aliena, mente opus sit. Plus boni an mali fecimus? Hoc mihi tecum commune est. Nemo est quin intelligat hæc diviti cum paupere esse communia. Non possum quin hæc boni consulam. Ne quem mei misereat, enitar. Num tibi propria est sapientia? Vereor ut puer patri supersit. Non est dubium quin in locum venerimus amœnissimum.

Page 93, § 223.

Alteri ne noceas. Non cujusvis est animo moderari. Estne facile animo temperare? Est Christiani nihil prætermittere quin animum moderari discat. Nonne legibus parere debes? Succensere vitiis, non hominibus, debemus. Promisit se ab injuria temperaturum. Vulcano nupsit Venus. Christiani est miseris succurrere. Promiserunt se ab injuria temperaturos. Eum rogabo num capiti meo mederi possit. Nihil prætermisi quin capiti mederi possem. Mirum est te mihi favere. Utrum mihi an Balbo invidetis? Haud scio an naturæ nequicquam repugnaverim. Victis parcere est animi magni. Filium, ne cui invideret, monui. Hanc pacem cum illo bello confer. Caium offendi invitus. Mihi mortem quotidie minatur. Mihi gloriam ne invideas. Sunt qui mihi gloriam invideant.

Page 95, § 228.

Est sapientis omnia virtuti posthabere, *or* Est sapientis, omnibus rebus virtutem anteponere. Dicit se profuisse permultis. Negat se prœlio interfuisse. Tuum est tuis amicis adesse. Non est cujusvis sapientibus satisfacere.

Judicis est subvenire innocenti. Dicit se amicis non defuturum. Quis exercitui præest? Rogabo quis exercitui præsit. Puerum, ne quid honestati anteponeret, monui. Qui fit ut omnes servituti mortem anteponatis? Satius est etiam malis prodesse quam deesse bonis. Omnes prœliis interfuimus multis. Aliis virtus, aliis occasio deest. Promisit se neque tempori neque occasioni defuturum. Interdum consiliis fortuna obstat. Erant qui servituti mortem anteponerent.

PAGE 97, § 230.

Puerum, ut patris virtutes æmuletur, monebo. Iis, quæ dicentur, attendite, *or* Dicendis attendite. Potentibus, ne adulemur. Ager Tuscanus Romano adjacet. Nonne verba tibi defecerunt? Num Veientes a Romanis sunt defecturi? Haud scio an Lydii a Cyro rege sint defecturi. Num fortis est animi de sua fortuna desperare? Dolor exercitum omnem incessit. Per te stetit quominus fœdus inter Romam Laviniumque urbes renovaretur. Facere non possum quin tibi illudam. Caium illa nunquam adspexit quin ei in stultitiam illuderet. Balbum rogabo quem exspectet. Erant qui puero illuderent.

PAGE 99, § 235.

Quem caveret, Caium monui. Urbem muro lapideo Tarquinius Priscus circumdare parabat. Nemo est quin intelligat Ciceronem reipublicæ cavere. Pollicitus est se mihi consulturum. Quo facilius Gallis imponeret, imposuit suis. Crudeliter in Caium consuluerunt. Restat ut nobis consulamus. Iste turpissimus me suis laudibus adspersit. Caio, ut in rempublicam incumberet, persuasi. Romani Gallos castris exuerunt. Sperat se Gallos impedimentis exuturum. Ne te humanitate exuas. Cæsar aggere et fossa castra circumdedit. Miseret me senis prope jam desperati. Balbum, ne se humanitate exuat, monebo. Vobis consulite: prospicite patriæ.

Page 102, § 243.

Pollicetur se Helvetiis auxilio venturum. Ariobarzani auxilio Timotheus est profectus. Per te stetit quominus me ad Cæsaris pedes projicerem. Sapientis est sibi semper timere. Non dubium est quin Caio sit consulturus. Vereor ut ea tibi honori sint. Quid sibi velit, parum intelligo. Tibi magno honori est tanto prœlio interfuisse. Non est dubium, quin homini opprobrio esse superstitio debeat. Mihi vitio laudem summam vertunt. Spero homines esse intellecturos, quanto odio sit omnibus crudelitas. Quantæ sit utilitati fidem præstare, Caium monebo. Negat sibi servos esse multos. Quid sibi velint, rogabo. Non recusabo quin hoc mihi culpæ vertant. Promisit se Lemnum insulam illis dono daturum. Nonne Caium de moribus reum facere potuisti.

Page 105, § 250.

Negari non potest quin somnium somniaveris mirum. Edixit, ne quis urbem excederet. Non recusabo quin mecum societatem coeas. Utrum cum Balbo an Caio societatem coiisti? Mihi mandavit ut Cæsarem convenirem. Mella istam herbam olent. Oratio ejus omnis antiquitatem redolet. Nonne Caii oratio redolet Athenas? Est boni civis pro republica ipsam mortem oppetere. Nonne debuit mortem pro republica oppetere? Marcellus Siciliæ oram prætervectus est. Trecenti hoc consilium iniimus. Nemo fere est quin hoc consilium inierit. Vereor ut ille mecum societatem coeat. Vereor ne cum Caio societatem coeat. Num Christiano sitire honores licet? Idem, quod Cicero, gloriatur. Facere non possum quin Hortensii mortem doleam. Difficile est omnem humanitatem exuere. Et tu et Balbus modum excessistis. Sunt qui modum excedant.

Page 109, § 258.

Usus, magister optimus, me docuit multa. Quis te fidibus docuit? Te etiam atque etiam rogo, ne me deseras.

Titi Ampii sermonem te non celabo. Vereor ne paret ista parentes celare. Caium, ne quid parentes celaret, monuerat. Haec a te non solum peto, verum etiam postulo. Quis te mores istos docuit? Te mores istos dedocebo. Multa me de suis Galli certiorem fecerunt. Vereor ut vos totius mundi cives censeatis. Ut virtutis legibus pareamus, efficiet religio. Cives civibus parcere æquum esse censebat.

Page 110, § 260.

Trecenti, nisi me fallit, supersumus. Minime me fugit quot periculis obnoxii simus. Tu, quæ tua est temperantia, animum regere didicisti. Non cujusvis est sanare mentem. Caium rogabo num animo mederi possit. Omnes te pacem non petimus solum, verum etiam postulamus. Tuum est civibus succurrere prope jam desperatis. Sapientem decet rebus adversis non perturbari. Puerum decet audire multa, pauca loqui. Oratorem non dedecet simulare se irasci. Non me fugit, quanto sit odio bonis impietas.

Page 112, § 267.

Illa victoria Pœnis multo sanguine stetit. Negari non potest quin illa victoria nobis multo sanguine steterit. Mercatores non tantidem vendunt, quanti emerunt. Dicit se meam gloriam non flocci facere. Eum, quanti hæc emerit, rogabo. Mea tantidem vendo, quanti Caius (sua). Tritici modius duobus sestertiis stetit. Quanti triticum venit? Epicurus dolorem nihili facit. Nemo fere est quin sua parvi pendat. Te non hujus facio. Vita mea denis in diem assibus æstimatur. Stultitiæ est sua parvi pendere. Dicit me hæc nimio emisse. Mercatores nunquam minoris vendunt quam emerunt. Rogabo quanti fruges veneant.

Page 115, § 274.

Alterum laude ne prives. Gaudeo te plane febri carere. Ut valeat corpus, multis rebus eget. Natura ipsa, quam pau-

cis rebus egeamus, quotidie admonet. Pollicitus est se me aere alieno liberaturum. Nonne te magno aere alieno liberavi? Multi ratione utuntur perverse. Lacte, caseo, carne vescuntur. Per te stetit quominus liberis orbarer. Minimum abfuit, quin Caius liberis orbaretur. Non cujusvis est dolorem nihili facere. De vitiis gloriari turpe est. Nonne idem mihi, quod Cyro, gloriari licet? Caium, ut omnibus vitæ officiis fungatur, hortabor. In te uno nititur salus reipublicæ. Num homines soli carne vescuntur? Ut medicinæ egeamus, morbi gravitas facit.

Page 117, § 277.

Num ii, qui hæc fecerunt, digni sunt laude? Hunc hominem non solum reprehensione, verum etiam pœna dignum esse censeo. Hæc nobis indigna sunt. Non possum, quin hæc nobis indigna esse censeam. Mihi pœnam gravem minatus est. Hæc locutus sum tua misericordia fretus. Non est dubium quin is te pœna gravi affecturus sit. Natura parvo contenta est. Agesilaus altero pede claudus fuit. Cæcus, an altero pede claudus esse mavis? Animus motu sempiterno præditus est. Dubitari non potest quin animus motu sempiterno præditus sit. Negari non potest, quin patriam auro vendiderit. Non re, sed nomine orator est. Puer est ætate. Dignus est qui ab omnibus laudetur. Non cujusvis est morbis animi mederi. Negari non potest, quin patria extorris sit. Sunt qui negent hæc nobis esse indigna. Dubitari non potest quin hic reprehensione sit dignus.

Page 119, § 282.

Macte virtute esto, Tite Manli, ac in patrem pietate et patriam. Salve, primus (in) toga triumpho dignus. Audi tu, populus Romanus. Macti, cives, este in patriam pietate. Macte, puer, esto tua diligentia. Tu, quæ tua est diligentia, jam rem conficies. Ejus tanta est diligentia, quantum in-

genium. Negari non potest quin ejus diligentia tanta sit quantum ingenium. Non est dubium quin multa sit mentitus de sua ætate, quo junior esse videretur. Negari non potest quin multa sit mentitus, quominus e civitate pelleretur. Te rogo etiam atque etiam ut mihi subvenias. Erant qui me triumphum esse meritum negarent.

PAGE 122, § 292.

Rogabo num a servo vapulaverit. Quid de mea Tulliola fiet? Spero fore ut convalescat. Sperabam fore ut convalesceret. Non dubito, quin futurum sit ut ab omnibus lauderis. Vulnera, quæ consanuerant, recrudescunt. Metuo ne vulnera ejus recrudescant. His Vestæ sacerdotibus viro nubere non conceditur. Tuæ virtuti invidetur. Mendacibus non creditur. Invitis nihil facile persuadetur. Non est dubium quin futurum sit ut tuæ gloriæ invideatur. Mea omnia ab inimico quodam venierunt. Rogabo utri eorum a Cæsare faveatur. Illi ætati non solum non invidetur, verum etiam favetur. Vereor ut hæc vulnera consanescant. Quid de me fiet? Sunt qui credant eum a servo vapulasse. Sunt qui tuæ gloriæ invideant.

PAGE 125, § 300.

Cato primus sententiam rogatus est. Tu pro taciturnitate nihil dixisti. Marcus, cruore faciem oblitus, ex urbe excessit. Leges silere non debent. Vereor ne his de rebus leges sileant. Hannibal, tacita cura incensus animum, silebat. Puerum, ne tædam accenderet, monui. A quo rogus est succensus? Quæram a quo fuerit rogus succensus. Caius, fulmine ictus, decessit. Prædico fore ut virgis cædaris. Caius dexterum femur ictus est sagitta. Fœdus inter Romam Laviniumque urbes ictum est. Negari non potest, quin a puero lucerna fuerit accensa. Satis a nobis ambulatum est. A nobis ventum est ad oppidum. Fieri non potest, quin ille animi discrucietur. Fertur Caius lapide ictus esse. Utrum a te an a Balbo rogus fuit succensus?

PAGE 129, § 309.

Ad tuas epistolas venio, quas accepi uno tempore sexcentas. Hirundines mensibus hibernis abeunt. Nonne hirundines mensibus hibernis abeunt? Mithridates die uno multos cives Romanos trucidavit. Mithridates, qui die uno tot cives Romanos trucidaverat, ab illo tempore circiter viginti annos et duos dudum regnat. Totas noctes somniamus. Caius intra decimum diem dictitura se abdicavit. Anno ante me consulem mortuus est Scipio. Annis octoginta et tribus ipsis ante Ciceronem consulem Cato e vita excessit. Solis defectiones in multos annos prædicuntur. Edixit ne quis minor novem et viginti annorum exercitui præesset. Qua nocte Alexander natus est, eadem Dianæ templum Ephesiæ deflagravit. Constat Caium primum stipendium octodecim annorum meruisse. Annos tres et triginta natus e vita excessit. Archelaus rex annos circiter undequinquaginta Cappadociam tenuerat. Annos triginta natus jam bella gesserat multa. Licetne alicui duobus et viginti annis minori magistratum gerere? Abhinc tribus annis mortuus est. Est boni civis pro patria vulnera accipere.

PAGE 132, § 312.

Post tertium annum, quam cœpta oppugnari, urbs est capta. Hamilcar post novem annos, quam venerat in Hispaniam, occisus est. Post septingentesimum annum quam condita erat, Carthago est deleta. Postero anno, quam e civitate pulsus erat, obiit. Cur vespere exiit? Rogabo quamobrem vespere sit profectus. Canius tempore ad cœnam venit. Noctu an die hoc factum esse dicitur? Paucis his annis decessit. Postridie, quam me convenerat, decessit. Postero anno, quam captum Saguntum, interfectus est. Nonne pugna Cannensi est interfectus? Ludis Latinis profectus est. Post quinque menses, quam cœptum obsideri, captum est oppidum. Servum Caius veneno dicitur interfecisse. Servum veneno an fame interfecit? Nonne

inimicum interfecit suspendio? Vereor ne servum Balbus interfecerit veneno.

PAGE 134, § 320.

Multos annos Veiis vixit. Puer Carthagine obiit. Pater mihi et mater Thebis decesserunt. Cur vespere Romam profectus est? Carthagine annos vixi plures. Nonne potuit Romæ vivere? Haud scio an satius fuerit populo Romano Sicilia et Africa contento esse. Murum pedes ducentos altum ædificant. Oppidum abest a Carthagine quinque millia passuum. A Cæsare quatuor millia passuum consedit. A Cæsare quam Labieno propius abest Caius. An tu quam Labienus a me propius abes? Certior sum factus Cæsarem bidui a nobis distare. Non est dubium quin philosophiæ vituperatoribus satis responsum sit. Nonne dignus est, qui ab ære alieno liberetur. Ab hac regula ne transversum quidem, ut aiunt, digitum discedere mihi licet.

PAGE 137, § 331.

Ad intelligendum et agendum homo natus est. Caius belli peritus est gerendi. Docendo discimus. Virtus vel in hoste laudanda est. Mihi spem negotii conficiendi eripuit. Omnes multa videndi et audiendi sumus cupidi. Aqua est ad bibendum utilis. Demosthenes Platonem audiendi fuit studiosus. Pericles rempublicam regendi fuit peritissimus. Oppidi incendendi consilium ineunt. Nonne gloria divitiis est anteponenda? Hoc nobis faciendum est. Isti non sunt audiendi, qui præcipiunt ut nos inimicis irasci debeamus. Omnibus moriendum est. Quid deceat, oratori prospiciendum est. Cavendum est ne cui noceamus. Ne in Caium quidem crudeliter agendum est.

PAGE 139, § 338.

Censet hæc evertendæ reipublicæ esse. Utrum conservandæ reipublicæ hæc sunt an evertendæ? Dubium non est quin respublica sit solvendo impar. Est Christiani

tempus impendere miseris sublevandis. Iis consulamus, quibuscum sit vivendum. E Caio quæram num Balbus sit consulendus. Balbo a nobis consulendum est. Per te stetit quominus Caio consuleretur. Id egi, ut agrum Romanum servarem. Nequeo tibi gratiam referre. Dubium non est, quin tibi sit gratias acturus. Quæram e Caio cujusnam sit causam acturus. Omne animal id agit, ut se servet. Enitendum est ut vincamus. Nonne iis gratia referenda est, a quibus ipsi beneficia acceperimus. Caio persuasi, ut in litteras incumberet. In castra venerant sui purgandi causa. Caium convenerant sui purgandi causa. Erant qui Caio consulerent.

PAGE 141, § 340.

Titus Manlius juventutem egit ruri. Quum Tullius rure redierit, eum ad te mittam. Quintus ruri vitam agere constituit. Postero die, quam rure redierat, proditionis accusatus est. Idem militiæ est qui semper fuit domi. Pomponiam respondit cœnare foris. Nonne ruri vitam agere potuit? Fidem illi tam domi quam militiæ præstiterunt. Rus profectus est. Non dubium est, quin vespere rus profectus sit. Non dubium est, quin hæc foras sit projecturus. Diodorus domi meæ annos vixit multos. Balbus domum meam venit. Nonne tuæ domi sine periculo quam cum periculo alienæ manere mavis? Non est dubium, quin fuerit tam domi quam militiæ vir spectatissimæ virtutis. Negari non potest, quin domum reverti constituerit. Non dubium est quin gratiam apud Cæsarem initurus sis. Balbus cum Caio jam in gratiam rediit. Miseris est subveniendum. Non dubium est, quin a Christiano miseris sit subveniendum. Non est dubium, quin hæc, humi projecerit invitus. Romana juventus erat bello virtutis spectatæ.

PAGE 145, § 349.

Malis venientibus obstemus. Num resistentibus etiam parcendum est? Parcendum est vel resistentibus. Non

desperandum est, paucis a me stantibus. Gloriam acceptam a patre Timotheus auxit virtutibus multis. Caius, ex patria pulsus, Athenis multos annos vixit. Pater, post filium expulsum, multos annos vixit Carthagine. Mendaci ne vera quidem dicenti credimus. Pater, filio timens, reversus est. Caius, accusatus proditionis, est capitis absolutus. Cur reversus es tam prope a domo? Galli Romanos a tergo invadunt. Ariovistus a millibus passuum circiter duobus consedit. Massiliam cepit jam biennium obsessam. Fœdus ictum est, urbe jam biennium oppugnata. Nonne hæc a nobis stant? Scipio confestim a prœlio ad mare redit. Prope a puero in litteras incubuit.

PAGE 147, § 357.

Muros a Lysandro dirutos Conon reficiendos curat. Epaminondam pecunia corrumpendum suscepit. Quanti Balbum corrumpendum suscipies? Pontem faciendum conduxerat. Cyrum Harpago tradidit necandum. Carvilius consul ædem Fortunæ conduxerat faciendam. Pueris sententias ediscendas tradimus. Romam profectus est ad filium suum ære alieno liberandum. Facere non possum quin te auro corruptum esse censeam. Quæ a Caio acceperat beneficia oblitus, in eum ipsum consuluit crudeliter. Negat opus esse properato. Sunt qui domum redierint.

PAGE 150, § 366.

Natura repugnante, niteris nequicquam. Tarquinio Superbo regnante, Pythagoras in Italiam venit. Syracusis occiso Dione, Dionysius urbe potitus est. A Græcis expugnata Troja, in Italiam Æneas venit. Rogo succenso, servus domini ad pedes se projecit. Veios, exercitu non expectato, reversi sunt. Inhiberi vix poterant quin te inauditum capitis damnarent. Auctore Caio, Balbus se furere simulabat. Vereor ut Balbi consilium perspectum habeam. Filius post patrem e civitate pulsum decessit. Simulat se opus confecisse. Quod me confecturum promiseram, opus absolutum

habeo. Post Massiliam expugnatam fœdus ictum est. An homo fuit ad vinum bibendum natus? E gravi morbo aqua potanda convaluisti. Caium audivi clamantem jam de exercitu actum esse. Num virtus difficilis inventu? Facies quod factu optimum esse videatur. Cur te perditum is? Delphos consultum, quid faciendum, miserunt. Simulabat facere se opus, quod se confecturum promiserat.

PAGE 153, § 375.

Mei pars est mens. Tui pars melior est immortalis. Nemo nostrum dubitet quin virtutis legibus parere expediat. Cuinam vestrum creditur? Mea ipsius culpa acciderunt mala multa. Nonne multa mala eveniunt nostra ipsorum culpa? Sibi ipsis omnes favent. Hæc mala poterant evenire nostra ipsorum culpa. Negari non potest quin nostrum ipsorum pars sit mens. Caium ut meam causam tueatur, orabo. Nonne sibi imperare debuit? Non est cujusvis sibi imperare. Sibi hostis est. Justitia sua ipsius causa est colenda. Artabazum ut suam ipsorum causam tueretur, oraverunt. Rex a suis appellabatur. Huic contigit ut in libertatem patriam vindicaret. Vereor ut in libertatem patriam vindicare possit. Rogant ut sibi liceat omnia secum portare. Sunt qui sibi ipsis faveant.

PAGE 156, § 386.

Et patrem et matrem interfecit, illum veneno, hanc fame. Quid impedit quominus a se ipso initium faciat? Ea demum est sapientia vera sibi imperare. Quæ vera sit sapientia, soli callent sapientes. Caiumne nosti? Quæ vera sit sapientia, rogabo. Quanti æstimanda est ista tua civitas, ex qua boni sapientesque expulsi sunt. Hæc vera, necne, sit felicitas, dubito. Caium conveni; negat se hominem istum vidisse. Ne mihi meam libertatem adimas. Plato ille omnem mihi mortis timorem exemit. Apollo, ut nosmet ipsos noscamus, admonet. Non cujusvis est se ipsum noscere. Quæ adimi possunt bona, non bona sunt vera. Mihi

curam omnem exemit, filio liberato. A bono quidem viro sed harum rerum imperito sum laudatus. Post mortem vita Christiani beata eaque æterna fruentur. Semper in litteras nec eas vulgares incubuit.

Page 157, § 388.

Quos amamus, eos etiam felices esse volumus. Qui imperat aliis, sibi idem imperare discat. An istic mendacibus creditur? Qui istinc veniunt, te superbum esse dicunt. Christianum esse superbum dedecet. Istuc jam profectus eram. Mihi, te vivo, ne istud quidem unquam accidisset. Christiano esse superbo non licet. Ne prœlium committas. Vereor ut Romani cum Gallis prœlium committere velint. Negari non potest quin justitia sua ipsius causa sit colenda. Restat ut cum Gallis prœlium committam. Sequitur ut se ipsum noscere sit difficile. Scio te istic sapientem esse et videri. Tantum est bellum, quantum Roma nunquam antea viderat, susceptum.

Page 161, § 397.

An quisquam potest tempestates moderari? Vide ne cui irascaris temere. Vide ne quid temere facias. An quisquam vestrum potest tempestates moderari? Vix quisquam sibi imperare potest. Suos quisque amicos tueri debet. An quisquam dubitabit, quin pro patria sanguinem profundat? Hoc cuilibet accidere poterat. An quidquam me deterrebit, quominus periculum quodlibet pro patria adeam et parentibus? Nonne quidvis Balbo satis est? Gallorum ullo est fortior. Si quis amici causa fidem fefellerit, peccaverit. Credisne Romanorum quemlibet esse Græcorum quolibet fortiorem? Hic dicere quidvis poteris. Quæcunque sint in omni orbe, hominum sunt. Alii gloriæ, alii pecuniæ servi sunt. Qui fit ut id nesciatis? Quid? nonne omnes id sciunt? Sunt qui cuilibet credant.

Page 164, § 403.

Quid impedit, quominus decimum quemque ex civitate pellamus? Aliquantum temporis ludendo amisimus. Negant se unquam esse morituros. Omnes aliquando moriemur. Optimus quisque animo eæquissimo moritur. Interim Octavius quidam me domi meæ convenit. Nemo vestrum me interea convenit. Nemo est quin interdum fallatur. Plurimi nonnunquam, omnes aliquando decipimur. Uter sapientior est, Caius an Balbus? Ecquis mendacibus credit? Interim major quidam metus milites incessit. Audio majorem quendam urbi timorem inesse. Si domum unquam redieris, hæc intelliges. Ecquando ab aliquo hoc audivisti? Si quo sis profecturus, redi vespere. Num alio profecturus es? Nusquam. Aliquantum temporis amicos inter rogandum perditum est. Alii in aliud incumbunt. Non earum virium est virtus, ut se tueri possit. Numquid patrias habes duas? Fac me sciam ecquando te visurus sim.

Page 167, § 411.

Ille rumor erat crebrior quam certior. Ut quisque est vir optimus, ita animo morietur æquissimo. Pericula quæque maxime occulta vitantur difficillime. Quo magis occultum est periculum, eo difficilius vitatur. Quo quis iracundior est, eo difficilius sibi imperat. Magis est iratus, quam ut sibi imperet. Bello justissimo pacem vel iniquissimam antepono. Saguntum erat respublica longe opulentissima. Dicam quam potero brevissime, quid fieri, ut mihi quidem videtur, debeat. Percipiunt vel minima. Quam Liberam colunt, eandem Proserpinam appellant. Iter, quod potui longissimum, confeci. Negotium cura qua potui maxima confeci. In rebus gravioribus opus est consulto. Senectus est natura loquacior. Aliquanto plus auri quam vos perdidimus. Constat solem esse quam terram multis partibus majorem. Inter eos morum est quam maxima distantia.

Page 172, § 421.

Jamdudum tibi istam curam eximere cupio. Jam diu Caium convenire opto. Militibus ad unum cæsis, ipse Romam rediit. Massilia expugnata, domum rediit. Aveo, Massilia capta, de Gallis triumphare. Bis terque virgis cæsus est. Bis terve ad summum virgis cæsus est. Non est dubium, quin Caius ad Balbum nihil sit. Ad negotium istud conficiendum tibi deest tempus. Mihi ignoscas velim. Caius ad summam senectutem addiscebat aliquid quotidie. Ad extremum omnes tacuerunt. Caio gratias agere gestio. Negari non potest quin mors sit laborum requies. Nonne pueris sententias ediscendas tradimus? Pueris sententias quam longissimas tradit ad verbum ediscendas. Nihil aliud quam clamant de Cæsaris exercitu actum esse. Tanta ejus industria fuit, ut addisceret aliquid quotidie.

Page 176, § 429.

Quis neget Convivium parari? Nemo est quin cupiat convivium parari. Putares convivium esse paratum. Quid facerem? Convivium diu parabatur. Hic convivium parari dicit, negat ille. Pueros fidibus docuit. Ne convivium pares. Longum est omnia, quæ nostra ipsorum culpa acciderint, mala narrare. Pace tua, frater, dixerim, ista opinio obest saepissime. Num et illis ignoscendum est? Negari non potest, quin delicti veniam bis terque petierint. Fortuna hoc viderit, quum nobis non liceat ratione uti et consilio. Memini eos Caium de moribus reum fecisse. Edixerunt ne quis capitis damnaretur inauditus. Justitia est adversus deos pietas. Nonne satius fuit ista tuum patrem minime celare? Nihil aliud quam pauperibus illudunt. Sunt qui percipiant vel minutissima.

Page 179, § 437.

Si beata vita potest amitti, esse nequit beata. Qui amicum non defendit, si possit, peccat. Si fato fiunt

omnia, mihi nos, quo cautiores simus, admonere potest. Si Peleus id audiat, manus tollat. Si hoc audiret Peleus, manus tolleret. Si quis hoc faciat, magnam a rege gratiam ineat. Facere id ne Cæsar quidem potuit, nedum tu. Admonendus est puer, quo se cautiorem præbeat. Sapientissimus quisque intelligit singulorum universorumque idem interesse. Vix crediderim eum singulis nedum universis esse parem. Si par sis iis universis, singulos facile vinces. Si Fabius, verbi causa, natus fuerit, Canicula oriente, mari non morietur. Iis impar est singulis, ne dicam universis. Iis par est singulis, non dico universis. Nemo pictor hoc dixerit. Scito me nihil hæc timere. Erant qui nihil ea timerent.

PAGE 182, § 446.

Si me roges quæ sit deorum natura, nihil fortasse respondeam. Si res ita se haberet, gauderem. Si nihil in nostra sit potestate, abeamus. Si mansissent, ipse sui potestatem fecisset. Eloquentiæ studendum est, quanquam ea nonnulli perverse utuntur. Nihil in nostra foret potestate, si res ita se haberet. Stoici quenquam esse divinum, nisi sapientem, negant. Quis neget insidias, ut quæque sunt maxime occultæ, ita vitari difficillime. Meum ipse inimicum plus diligo quam tuo tu amico invides. Caius magis fortis est quam prudens. Haud scio an quidquam amicitia melius hominibus fuerit a diis immortalibus concessum. Quamquam hæc inter se contraria sunt, iisdem tamen utendum est. Quis neget hæc nostra interesse? Licet res ita se habeat, tamen id dicere nefas sit. Haud scio an hæc in nostra sint potestate. Si verum hoc fuerit, gaudebo; sin aliter, æquo animo ferendum. Hoc ita justum est, si est voluntarium.

PAGE 186, § 452.

Negabat vitam, si beata posset amitti, beatam esse posse. Diu mihi visus est nescio quid conturbatus. Quis neget alios alio ferri? Peleum, si id audisset, respondit manus

sublaturum fuisse. Respondit nullam sibi erga illos amicitiam fore, si in Gallia manerent. Si quis hoc fecisset, eum magnum a rege gratiam initurum fuisse, certum est. Si quis hoc faciat, eum magnam a rege gratiam initurum esse, certum est. Si quis hoc fecerit, bene de republica fuerit meritus. Vereor ne nemini esse medio liceat. Vereor ut ille te sermonem Titi Ampii celaverit. Quod factu optimum sit, tu videris. Beneficiorum, quæ in me contulisti plurima, ut memor sim enitar. Negant eandem quam honestatis esse regulam utilitatis. Triplici acie instructa, cum Mardonio conflixit. Acie instructa, cum Gallis Genevæ conflixit. Erant qui manus tollerent.

Page 189, § 458.

Nonne omnibus moriendum est? Clamavit se paratum esse sanguinem pro patria profundere: nonne omnibus esse moriendum? Nonne mortem honestam turpi vitæ anteponendam? Pœne omnes Balbum convenerunt: fidem præstaret; negotium, quod conficiendum recepisset, conficeret. Quid hoc rei est, inquit, O Tribuni? Num rempublicam eversuri estis sub ductu Appii Herdonii? P. Valerius ad tribunos accedens, Quid hoc rei esset? clamavit. Eosne rempublicam eversuros sub ductu Appii Herdonii? Clamavit se Quirites ad arma vocare: quicquid generis auctor ausus esset adversus reges, se adversus Tribunos ausurum. Quid facerem? omnes de exercitu actum esse clamabant. Non eadem domi quæ militiæ fortuna Romanis fuit. Plus apud me valet meus Balbus quam quivis alius. Socrates apud Platonem animum esse mortalem negat.

Page 192, § 466.

Catilina docet se Manlium præmisisse ad eam multitudinem, quam ad arma capienda paraverat (*or* paravisset). Eos monent ut ab omnibus insulis, quæ sunt (*or* sint) Italiam inter et Africam, secedant. Pontem in Istro flumine faci-

endum conduxerat. Respondit consuetudinem, quæ altera est (*or* esset) natura, a nobis stare. Per me licet abeant. Respondit se fluctus tantos timere quantos nunquam antea viderat (*or* vidisset). Respondit te, quæ tua est (*or* esset) temperantia, jam valere. Dixit se primum illud iter confecisse. Cur hæc rogentur? clamant; Ecquem adeo potentem esse, ut omnia, quæ cupiverit, perficiat?

Page 193, § 468.

Tene hoc perferre posse? Tene hoc dicere? Dicebat nos non multa discere debere, sed multum. 'Hoccine quemquam perferre posse? clamabant. Num eos nunquam illam adspecturam quin compellaret patriæ proditores? Disceret illa linguæ moderari.' Vereor ut quis eum capitis reum faciat. Caium ferunt ambitus esse accusatum: quod quidem ut credam, haud facile inducar. Negat se, quas litteras dederam, accepisse. Quis neget quin Christiani sit fidem præstare? Quis neget quin sapientis sit semper mortem ob oculos habere? Per servum se litteras misisse responderunt. Respondent oppidum, de quo agitur, ducenta millia passuum a Roma abesse. Perieram, nisi tu mihi subvenisses.

Page 196, § 474.

Diogenes sese projici inhumatum jussit. Num igitur avibus et feris? inquiebat tum amicus. Minime, respondit: verum prope me bacillum ponitote, quo istas abigam. Sunt qui Caium simulare existiment. Erant qui Caium simulare existimarent. Non desunt qui negent eandem esse utilitatis quam honestatis regulam. Reperiuntur, qui negent virtutem esse colendam. Incredibile est quantum me vitae tædeat. Trajiciendum est mare, quem appellatis Oceanum. Sunt qui putent, quod optimum habeamus, perditum iri. Clamant nos, quod optimum habeamus, esse amissuros. Nihil est quod festinemus. Nihil habeo quod te incusem. Est quod gaudeas te patrem tuum hæc celasse. Vix repe-

ries, qui hoc credat. Parum abfuit quin interficeretur. Utrum alicui eorum, qui auro abundant, qui argento, qui gemmis, esse mavis par an C. Fabricio, cui nihil horum fuit? Quotusquisque est, qui mortem semper ob oculos habeat?

PAGE 200, § 481.

Curandum est ut ea liberalitate utamur quæ amicis prosit, noceat nemini. Non dubium est, quin Galli sint fortiores quam qui uno prœlio vincantur. Illi ignes sempiterni, quæ appellamus astra, plures sunt quam qui possint numerari. Idoneus est qui in tuam amicitiam recipiatur. Tanti nihil est, quo fidem et libertatem vendamus. Tantus esse nemo potest, qui amicorum auxilio nunquam egeat. Quæ beneficia in me contulisti plurima, majora sunt, quam quibus gratiam referre possim. Non is sum, qui existimem hunc mundum, quæque in eo sint omnia, casu factum esse. Sunt qui credant, hunc pulcherrimum mundum, quæque in eo sint omnia, nescio quo casu factum esse. Quis sum, cui omnes consulant? Quis neget hanc vitam esse breviorem quam quæ sit hominis vita tota? Tu solus es in quo reipublicæ salus pendeat. Mortuo Catone, Cicero fuisset solus, in quo reipublicæ salus penderet. Non is sum qui id negem.

PAGE 204, § 487.

Quæ quum ita sint, nolo ex urbe excedere. Cæsar, Gallis devictis, Romam rediit. Quam nullæ sint vires humanæ, scimus. Quis, hoc viso, tibi non illuserit? Phocion, quum ditissimus esse posset, semper fuit pauper. Nonne plures sunt anni, quum Caius in tuo ære alieno est? Estne qui cum Balbo conferri possit? Quum puerum diligis, præclare facis. Quum dico alterum, alterum nego. Si Gallos vicissem, dicit mihi de victoria se gratulaturum fuisse. Te convaluisse gratulor. Num quisquam male audit libenter? Silebo; non quod homini credam, sed quod nihil mea intersit. Cur hoc suaderet? clamabant; liceretne digitum transversum a regula honestatis discedere? Interroga-

bant: Nonne Caius quam Labienus a Roma propius abesset? A nobis respondent esse iis consulendum, quibuscum sit vivendum.

PAGE 205, § 491.

Caium, quasi consul esset, salutaverunt. Multi, ne dicam omnes, Caium salutaverunt, quasi consul esset. Utinam consul sis! Utinam illi prœlio interfuissem! Utinam suspicionem vitare potuissem! Dummodo a te fides servetur, cætera non flocci facio. Modo fidem ne fallas, cætera non hujus facio. Utinam litteræ non essent scriptæ! Sic cum hominibus vive, tanquam te videant dii immortales. Cum amicis sic loquere, quasi te omnes homines audiant. Omnes me conveniunt, quasi vero meum sit succurrere omnibus. Utinam ipse Varro in meam causam incumbat! Forsitan quis dixerit hæc esse magis minuta quam quæ nudis oculis cerni possint. Quotusquisque est, que in alterius causam incumbat?

PAGE 208, § 500.

Antequam Caium convenero, ex urbe non excedam. Antequam proficiscerer, Balbum conveni. Antequam proficisceretur, se Cæsarem convenisse respondit. Jucunde vivi non potest, nisi secundum naturam vivatur. Secundum naturam nihil erratur. Præter expectationem secundum Caium prætor decrevit. Nonne occultissima quæque pericula (clamant) difficillime vitari? Quis neget prætorem secundum te decrevisse? Quæ quum ita sint, nullus dubito quin secundum te prætor decreturus sit. Quæ quum ita sint, mundus mente quadam sapiente regatur necesse est. Vitium virtus oderit necesse est. Non is sum, qui negem virtutem et vitium inter se contraria esse. Ni Caio credidissem, nunquam mei potestatem fecissem. Quis est, qui hoc neget?

PAGE 211, § 509.

Quamdiu in urbe erat, consiliis ejus obstiti. Dum docent homines, discunt. Quis neget homines, dum docent, discere?

ACADEMY OF MT. ST. JOSEPH-ON-THE-OHIO

Ubi negotium fuerit confectum, Caium conveniam. Ut primum negotium ex sententia fuit confectum, Caium convenit. Expecta, donec Caius redierit. Fac me sciam, ubi terrarum sis. Eo amentiæ ventum est, ut, omnibus sibi ipsis consulentibus, nemo patriæ prospiciat. Sapientis est, quamdiu vivit, omnia virtuti posthabere. Huc accedebat, ut pede altero claudus esset. Quotusquisque est, qui patriæ provideat? Atheniensibus, ut hostibus irent obviam, persuasit. Romæ mane, donec convalescas. Negotium est difficilius quam quod ab ullo confici possit. Non cujusvis est negotium ejusmodi paucos intra dies conficere. Multa inter ludendum discimus. Nobisne Græco aliquo magistro, qui fidibus doceat, opus est? Quod turpe sit, neque petamus, neque petiti faciamus.

Page 214, § 516.

Scito me istum hominem ne de facie quidem nosse. Te ex sententia negotium confecisse gaudeo vehementer. Te de Gallis triumphasse gaudeo. Romæ, donec me reficiam, manebo. Se, donec convalesceret, Romæ mansurum esse respondit. Antequam convaluero, e Roma non excedam. Poetas maximos Caius laudat, neque intelligit. Esse bonus, ut non videar, quam, ut non sim, videri malo. Utrum mavis esse sapiens, ut non videaris, an, ut non sis, videri? Nihil metui, ne quis civium perditorum de morte doleret. Nemo plus filii unici quam patris ille mortem doluit. Cur ego nunc hominum vitam lugeam? Quæ quum ita sint, quid est cur civium perditorum mortem lugeamus? Quotusquisque est, qui Caii mortem lugeat? Hostem de improviso aggressi fugant. Id ita fecit, ut ex industria fieri videretur.

Page 218, § 529.

Tiberius obiit septimo decimo Kalendas Apriles. Nero natus est Idibus Decembribus. Caius natus est Idibus Octobribus. Balbus obiit pridie Idus Sextiles. Vitellius natus est octavo Kalendas Octobres, vel, ut alii, septimo Idus

Septembres. Consul comitia in ante diem duodecimum Kalendas Sextiles edixit. Credo comitia in ante diem quintum Idus Apriles dictum iri. Nega me illi iratum esse futurum, etiamsi ad mea comitia non venerit. Commorari hic, donec convalescam, cogor; nam et corpus et vires amisi. Sunt qui putent comitia in ante dies septimum et sextum Idus Quintiles dictum iri. Quum me convenire debeat, commoratur domi. Pauperrimus est, quum posset esse ditissimus. Rus profectus est, quum deberet in negotium incumbere. Tantum abest, ut te laudem, ut vix mihi temperare possim, quin te patriæ proditorem appellem. Tantum abest ut cuilibet credam, tibi vix credam. Tantum abfuit ut male audirem, etiam cuncti me laudaverunt. Erant qui riderent.

Page 220, § 537.

Id pro virili parte volui; cui si Pompeius non invidisset, respublica incolumis esset. Quod mundus movetur, docet Philosophia; quod quidem si sit verum, nos quoque moveamur, necesse est. Quis neget, quin id e re mea sit? Dii mihi pro eo ac mereor gratiam referent. Nonne certum est deos tibi pro eo ac mereris esse gratiam relaturos? Doleo te ex capite laborare. Si hoc fecisses, te ex animo laudassem. Solem præ multitudine jaculorum nostrorum videre non poteris. Caius, e via languens, a servo interfectus est. Responderunt se nos esse recepturos. Nonne se nos minime recepturum esse respondit? Noli putare animum esse mortalem. Cura negotium ex mea sententia conficias. Noli putare quemlibet sibi temperare posse. Fac mihi quam citissime subvenias. Quis neget quin hæc reipublicæ intersint? Præ dolore loqui non possum. Noli hoc mihi vitio vertere. Cave festines. Noli credere festines necesse esse; quod quidem si credas, de nobis actum est. Luna deficit, quum solis e regione est — Nonne, quid pro re nata fieri debeat, decernam licet? Est boni civis pro virili parte rempublicam tueri. Beneficiorum, quæ si in me contuleris,

memorem me præstabo. Cibum in mensa positum edas licet. Negat se caseum in mensa positum esurum. Quod mihi pro re nata factu optimum esse videatur, faciam. Erant qui præ dolore loqui non possent.

PAGE 223, § 546.

In sestertio tricies splendide se gessit. In sestertio vicies splendidius se gessit quam Caius, qui sestertium centies a patre acceperat. Caius, Bruti libertus, sestertia plus quindecim reliquit. Tene in sestertio centies adeo sordide vivere! Caius, ab Syracusis oriundus, Bruto sestertium bis dono dedit. Nono Kalendas Decembres Balbus mihi dono misit sestertia viginti. Terna sestertia eis dedit.

Ex hac hæreditate Atticus sestertium circiter centies accepit.

PAGE 225, § 551.

Caius, Bruti libertus, hæres ejus ex semisse factus est. Caium quendam ex Carthagine oriundum hæredem ex septunce fecit; ex qua hæreditate sestertium circiter sexies, opinor, accipiet. Bruti libertus, qui Romæ tertio nonas Sextiles obiit, sestertium prope centies et quinquagies reliquit, cujus hæres Caius ex semisse factus esse putatur Dodrantibus usuris grandem pecuniam apud Balbum collocasse fertur.

PART II.

PAGE 262, § 4.

Animi morbum corpore non sentimus. Caius litteram exemplum ad patrem missurus est. Non est dubium quin necessitatis excusatio Dionysium facile defendat. Negari non potest quin Carthagine causam ad patronum detulerit. Dubitari non potest quin Romæ in omnium verum abundan-

tia vixerint. Adventum tuum non mediocriter captavimus. Galli Romanos sub sarcinis adoriuntur. Athenienses Balbum de exsilio reducturi sunt. Satius fuit de exsilio nunquam redire. Aliud est peccare, aliud culpam in alterum conferre. Non est dubium quin Syracusius Philistus Romæ multos annos vixerit. Negari non potest, quin Scipionem sanguine attingas.

Page 264, § 15.

Negari non potest, quin Catonis exemplum secuturus sit Hortensius. Defendat hoc crimen Hortensius excusatione valetudinis. Sensit Brutus se in partem vocari. Clamat, quemnam fructum ex tanta injuria percepturos esse Carthaginienses? Pueris bona ad imitandum exempla proponantur. Non est dubium quin necessitatis excusatio facile te defendat. Sequar equidem Catonis consilium. Eorum, qui pro patria mortem occumbunt, exempla laudantur. Ciceronis adventum captamus non mediocriter. Vereor, ut periculum obeat libenter. Sequi ego hujusmodi exemplum, ne si cupiam quidem, non possum. Semper me in periculum adducit. Vereor, ut periculum a me prohibeat Hortensius. Vereor, ne mortem sibi Hortensius consciscat. Opinioni hominum quotusque est, qui omni ex parte satisfecerit?

Page 266, § 22.

Num Christiani est dolori turpiter et fortunæ succumbere? Densis omne cœlum nubibus obducitur. Magnum est algoris esse et inediæ patientem. Magnum se credunt ex hac injuria fructum percepturos. Audacter ille mihi et temere dedit consilium. Ira ille et ambitione accensus omnibus me maledictis vexavit. Dubitari non potest quin facilem habeant ad aures ejus aditum adulatores. Quod illi consilium magno sunt plausu et clamore prosecuti. Multa ille et temeraria de Caii fecit consilio. Non est dubium quin misericordia vivat aliena. Magnas huic quæstioni

tenebras Caius obduxit. Consilio usus est audaci et temerario. Servitutis a me jugum depellite.

PAGE 268, § 26.

Decretum est, ut pro tantis in rempublicam meritis rex a senatu appellaretur. Caius tanta erat erga omnes comitate, ut nemo tam humilis esset cui aditus ad eum non pateret. Enitar, ut magnæ hominum de me opinioni satisfaciam. Magnæ tuæ de me exspectationi vereor ut satisfaciam. Ego, si tanta mihi rei gerendæ oblata sit occasio, avide arripiam. Galli, amissis impedimentis, in fugam se omnes conjecerunt. Lentuli copiæ, redintegrato prœlio, hostes profligant. An tu is es, qui tam præclaram rei gerendæ occasionem socordia omittas? Vereor ut gratiam tibi pro tantis tuis in me beneficiis referre possim. Erant qui adventum tuum non mediocriter captarent.

PAGE 269, § 29.

Horum hominum difficilius est insidias vitare, quam arma sustinere. Omnium fere hominum opiniones ineuntis ætatis paulatim minuuntur. Summi philosophi despicientiam rerum externarum quis non laudet? Non is sum qui Christianorum despicientiam rerum humanarum irrideam. Cimonis quum humanitatem tum benevolentiam sæpissime sum admiratus. Ejus anni caritatem annonæ summa vilitas consecuta est. Non dubito, quin futurum sit ut hujus anni vilitatem annonæ summa caritas consequatur. Tulliæ meæ imbecillitas corporis me exanimat. Non is sum qui horum insidias irrideam. Non dubito quin humanitatem ejus admireris.

PAGE 270, § 32.

Amissa existimatione, nihil aliud restat, nisi ut mortem mihi ipse consciscam. Honores mihi ob servatam rempublicam delatos libenter accipio. Ad oppidum omnes confu-

giunt, se defensuri. Valetudinem tuam jam confirmatam cave negligas. Ecquis corpori tantis laboribus confecto potest mederi? Quis dubitat, quin opiniones tam penitus insitæ, tam vetustæ, difficillime evellantur? Hominis omnia ad gloriam revocantis non sequendum est exemplum.

Page 271, § 35.

Non recusabo, quin Balbum, pessimum histrionem exsibiletis et explodatis. Memini Pamphilum, hospitem meum, negare se venturum. Audisti Q. Minucium Rufum dicere, domi suæ Antiochum regem deversatum esse Syracusis. (Verr. 432.) Verres Antiochum, Syriæ regem. ad cœnam vocavit. Audio Lucilium, virum optimum et meum familiarem, novissima valetudine conflictari. Ægre fero, Rutilium, virum de me optime meritum, in tam tenui vivere pecunia. Vereor ne Satureius, vir egregius et de republica optime meritus, in vitæ adducatur periculum. Tuum est Pamphili, hospitis tui, vitam a victore deprecari. Rutilius, affinis tuus, meo se beneficio vivere juravit; ejus pater Numantius meam vitam a Cæsare noluit deprecari.

Page 273, § 41.

Non video, quomodo sedare possint mala præsentia præteritæ voluptates. Fateor vulgi judicium a judicio meo dissentire. Leges supplicio improbos afficiunt, defendunt ac tuentur bonos. Quam tu opinionem animo meo inseris, eam evellit Rutilius. Quam tu arripis occasionem, eam Caius omisit. Res cœlestes, quo difficiliorem habent cognitionem, eo magis cupiditatem cognoscendi incendunt. Aliud est omnibus sententiis absolvi, aliud empto judicio effugere. An tu credis, voluptate firmari animum, debilitari continentia? Arma armis propulsanda. An verum est, poetam poetæ semper invidere. Condemnari mehercule malo, quam empto judicio absolvi.

PAGE 274, § 45.

Boii, si oravissent pacem, impetrassent. Caius, si hoc fecerit, in discrimen veniet existimationis. Dionysius, quum Romæ me vidisset, nihil prætermisit, quin conflaret mihi invidiam. An deliciæ meæ, Rutilius, affinis tuus, potuit, his auditis, risu pæne emori? Lucilius, amicus meus, quum deliciæ tuæ Saufeius apud eum deversaretur, opsonabat ambulando famem. Metellus, quum Athenis esset, vorabat litteras cum homine mirifico, Dionysio.

PAGE 276, § 52.

Dionysius, qui virtutem voluptatis efficientem negat esse, a multis reprehenditur. Negat Caius omnia ad lucrum esse referenda. Huc omnia ait esse referenda iis, qui præsunt aliis, ut ii, qui in eorum erunt imperio, sint quam beatissimi (C.). Puerum mendacem credo esse. Negat omnia esse voluptate metienda. Homini huic mendacissimo clamant omnes jurisjurandi fidem esse abrogandam. Promisit nullam se tantæ rei moram atque impedimentum esse illaturum. An tu hæc in contumeliam accepturus es? Docent illam opinionem esse deponendam.

PAGE 277, § 55.

Optimo viro minacibus tuis litteris noli obstrepere. Humanissimis meis litteris nullum unquam verbum rescripsit. Facere non possum quin tuis gratissimis litteris rescribam aliquid. Pravæ istæ opiniones ex animo tibi evellendæ sunt. An Christiani est in quæstu faciendo omnem suam vitam consumere? Enitendum est ut magnam istam existimationem conserves. Cavendum est, ne tanta tua existimatio in discrimen veniat. Tantæ huic et tam difficili rei nulla a me mora atque impedimentum inferetur. An Christiani est hanc meam invidiam inflammare?

PAGE 280, § 65.

Longe academiæ illi ac Lycæo tuum hoc suburbanum

gymnasium antepono. Ipse se quisque diligit. Ipse sibi quisque carus est. Longissimæ quæque litteræ gratissimæ sunt. Sua cuique virtuti laus propria debetur. An decet oratorem, tertio quoque verbo risu pæne emori? Clamant suo cuique standum esse judicio. An tu audeas Platonis illius judicium recusare? Explicandum est quænam fuerit dei illius mei, Platonis, sententia. Epicurus iste tuus gloriatur, se magistrum habuisse nullum. Epicurus Pamphilum quendam ait a se Sami auditum. Negari non potest quin corpuscula quædam levia sint, alia aspera, rotunda alia. An tu credis ex corpusculis quibusdam immensum hunc et pulcherrimum mundum esse effectum, nulla cogente natura, sed concursu quodam fortuito? Hujus nos diligentiam si non magno at aliquo præmio donemus. An tu me alicui Scythæ comparas? An philosophi est dubiam aliquam opinionem pugnaciter defendere? An tu illo stas judicio?

Page 281, § 69.

Eodem anno a Campanis Cumæ, quam Græci tum urbem tenebant, capiuntur (L.). Amanus Syriam a Cilicia dividit, qui mons erat hostium plenus sempiternorum. Spero fore ut ex morbo, quo nunc gravissimo affictaris, convalescas. Spero fore ut promissis, quæ multa mihi et pulcherrima fecisti, satisfacias. Præmium, quo maximo sum et pulcherrimo donatus, mirifice me delectat. Cæsus est virgis Cymæus ille Athenagoras, qui in fame frumentum exportare erat ausus.

Page 283, § 75.

Ista, quæ nos lædit opinio, ex animo tibi evellenda est. Ille qui per tot annos ad gubernacula reipublicæ sederat Rupilius, clam se subduxerat. Quorum ergo beneficio omnes vivimus, ii militari honesto funere humentur. Qui ergo ad omnem paratus est eventum Lucilius, is se fuga subtrahet? Quorum igitur beneficio et ego et tu vivimus, eos a gubernaculis reipublicæ repellis? Qui rempublicam

toties servaverat imperator, cives eum sui sepulchro passi sunt carere. Frumentum vix, in mensem quod satis sit, habemus. Qui ergo frumentum compresserunt, multentur pecunia. Pax petenda est, quam qui precibus exposcent, impetrabunt. Ista opinio eos, quibus et ego et tu multum debemus, abiget.

PAGE 284, § 78.

Quid? totum prope cœlum nonne humano genere completum est? Sed hi numeri poeticine sint, an ex alio genere quodam, deinceps est videndum. Socrates, quum esset ex eo quæsitum, Archelaum, Perdiccæ filium, nonne beatum putaret: Haud scio, inquit; nunquam enim cum eo collocutus sum. Quid? Cato ille Uticensis, nonne sua se manu interfecit? Quid? Lucilium Ariminensem quo animo erratum suum agnovisse arbitramur? Libet interponere, nimia fiducia quantæ calamitati soleat esse.

PAGE 286, § 84.

De his rebus velim cum Pomponio, cum Camillo, cum quibus vobis videbitur, consideretis. De illo, quem penes omnis est potestas, nihil video quod timeam. Ad hanc enervatam muliebremque sententiam satis docilem se Epicurus præbuit; hunc post Rhodius Philonymus vacare dolore summum bonum dixit. Adhibent modum quendam, quem ultra progredi non oporteat. Nec in constituentibus rempublicam, nec in bella gerentibus, nasci cupiditas dicendi solet. Credo sepulchrorum modum recte requiri; quos enim ad sumptus progressa jam ista res sit, in C. Figuli sepulchro vides. Pomponius in Siciliam profecturus est; qua de re ab Hortensio multa expiscatus sum.

PAGE 287, § 89.

Id ille ut audivit, neminem passus est requiescere. Præmio, si non magno, at aliquo tamen veni ut te remunerer. Id ille ut audivit, Quintilii nomen magna cum misericordia pronuntiavit. Caium conveniam, quem etsi promissa ser-

vaturum esse credo, jurejurando tamen obstringam. An ea tu mala, ad punctum temporis quæ fiant, timenda esse putas? Vide, Caius iste quid fecerit. Demetrius si admissus fuerit, actum erit de exercitu. Caius, etsi meo vivit beneficio, tamen invidiam mihi facere conatur. Itaque, si a me se vitam habere arbitrantur, præmio sum aliquo donandus. Itaque, si quem fructum ex mea cura ceperunt, præmio me aliquo afficiant.

PAGE 289, § 99.

Dicendum est enim, pietas erga Deum quantæ sit hominibus saluti. Afferenda est enim ratio miri hujus, ut tibi quidem videtur, consilii. Quis est enim, ad cujus aures ea fama non pervenerit? Laudo id quidem; nihil est enim, ex quo majorem possis utilitatem percipere. Bono sis animo; nemo est enim, qui te de possessione depellat. Num vis igitur videre, Pomponius ille quid fecerit? Videtis, quanta prudentia quamque constanti opus sit animo; ad gubernacula enim reipublicæ accedendum est. Quis est enim, qui neget te et sedere, ut aiunt, in puppi et reipublicæ unum ex omnibus maxime prospicere? Labamus mutamusque sententiam clarioribus etiam in rebus; in his est enim aliqua obscuritas. Laudo id quidem; nulla est enim celeritas, quæ possit cum animi celeritate contendere.

PAGE 291, § 105.

Non fortunas ego meas omnes in aleam dedissem, nisi in verba te mea jusjurandum adegissem. Non ego affectus esem exsilio, nisi tu mihi invidiam conflasses. Non igitur fructum ullum improbitatis ex me feres. Non igitur magnum tanti mei laboris fructum percepisse videor. Quid igitur Caius? non ille scelerum suorum fructum ex te tulit? Non ergo promissis ego tuis valde pendebo. Scio te mihi favere; non ergo jurejurando te obstringam. Non in tantum Caius incidisset calamitatem, nisi apud te gratiosus esse desiisset. Nihil fere est, quod non excusationem habeat inscientiæ.

PAGE 293, § 112.

Facere, quam expedire, nodum est facilius. Reditus mihi, quam ipse ille discessus, acerbior fuit. Lucilius, quam Demetrius, apparatiore elatus est funere. Boii quam Ædui, effusiore fuga castra petiverunt. Facere promissum, quam solvere facilius est. Nonne efficere promissum, quam facere interdum difficilius est? Rubendum est, mihi crede: tu enim hæc mihi de manibus extorsisti. Nolite, obsecro vos, committere, ut hæc fortuna elabatur de manibus. Non hæc in nostra, ut opinor, essent manu, nisi vos fortunam ex manibus dimisissetis. Pavor sapientiam mihi omnem, ut ait Ennius, ex animo expectorat. Sejunge te, quæso, aliquando ab iis, cum quibus te non tuum judicium, sed temporum vincula conjunxerunt.

LONGER LATIN EXERCISES.

PAGE 298, EX. 1.

Alexander Babylone mortuus est, cujus si vita longior fuisset, totum is orbem terrarum subegisset. Alexander Babylone mortuus est, cui si vita longior contigisset, totum is orbem terrarum subegisset. Alexander Babylone mortuus est, quem si vivum fortuna longius reservasset, totum is orbem terrarum subegisset. Alexander Babylone mortuus est, a quo nisi fatum vitam immature abstulisset, totum is orbem terrarum subegisset. Mors ejus omnes cives suos perdidit, quos quia servare voluit, ipse ab iis interemptus est. Sæpissime legi nihil mali esse in morte, in qua si resideat sensus, immortalitas illa potius quam mors ducenda sit. Magna est vis conscientiæ, quam qui negligunt, se ipsi indicant. Philosophia continet et officii et bene vivendi disciplinam: quam qui profitentur, gravissimam mihi personam sustinere videntur. Eucratides rex Indiam in potes-

tatem redigit: unde quum se reciperet, a filio in itinere interficitur.

PAGE 299, EX. 2.

(Geminatio.) Litteræ, litteræ, inquam, solæ me oblectant. (Repetitio.) Litteræ me puerum aluerunt; litteræ me adolescentem ab infamia libidinum servarunt; litteræ virum in republica administranda adjuverunt; litteræ senectutis imbecillitatem consolabuntur. (Conversio.) Litteræ honestissima voluptate oblectant, rerum novarum inventione oblectant, immortalitatis spe certissima oblectant. (Complexio.) Qui litteris oblectatur, qui vero inveniendo oblectatur, qui doctrina propaganda oblectatur, eum vos malum esse civem putatis? (Traductio.) Quid vis? Tune litteris oblectaris, qui litterarum fundamenta odisti? (Polysyndeton.) Litteræ et erudiunt, et oblectant, et ornant, et consolantur. (Homoioptoton, Homoioteleuton.) Num putas fieri posse ut, qui litterarum studiis teneatur, libidinum vinculis obstringatur? (Antithesis.) Qui litteris oblectari te dicis, vuluptatibus implicari te pateris? (Commutatio.) Non quia oblector, studeo litteris; sed, quia studeo, oblector. (Gradatio.) Studia mihi litterarum doctrinam, doctrina gloriam, gloria invidiam, et obtrectationem comparavit. (Aposiopesis.) Quid? Tu? tu mihi hoc objicis, qui nihil unquam in vita expetierim nisi virtutem et doctrinam? Tu quid expetieris — sed taceo ne convicium tibi fecisse videar. (Dissolutio.) Quid dicam de utilitate litterarum? Eruditunt, ornant, oblectant, consolantur. (Correctio.) Litteræ me oblectant. Quid dico oblectant? Immo consolantur et unicum mihi perfugium præbent inter has vitæ laboriosæ molestias. (Dubitatio.) Litteræ me sive erudiunt, sive oblectant, sive consolantur: nam quid potissimum dicam, nescio. (Zumpt's Gram., p. 527. Am. Ed.)

PAGE 300, EX. 3.

Pausanias in Atticis narrat, Athenienses, quod a Pindaro

in quodam asmate (carmine) laudati essent, tanti fecisse ampli illius ac grandiloqui[1] poetæ testimonium, ut et dona ei plurima ob id miserint, et statuam in civitate sua statuerint. Non igitur mirum est, si illis temporibus multi ac præstantes poetæ fuerunt; cum, qui ea facultate excellebant, et maximis muneribus honestarentur et honoribus amplissimis mactarentur. — MURETUS.

PAGE 301, EX. 4.

Accusatores Socratis, ut ejus orationi fidem detraherent (derogarent) eamque suspectam judicibus efficerent, præmonuerant eos, ut caverent sibi: multum enim eum posse dicendo, et habere eam vim eamque calliditatem, ut inferiorem causam dicendo efficeret superiorem. — MURETUS.

PAGE 301, EX. 5.

Phylonome, seu, ut alii vocant, Peribœa, rejecta et repudiata insimulavit Tennem apud patrem, eodem plane modo, quo Hippolytum Phædra. Credulus parens inclusum in capsam quandam filium projecit in mare. Tulit opem Neptunus innocenti nepoti delataque est capsa ad insulam Leucophryn: quam quum incolæ aperuissent remque cognossent, non tantum Tenni regnum detulerunt, sed etiam de nomine ipsius insulam Tenedon nominaverunt: quin et mortuum coluerunt pro deo. — MURETUS.

PAGE 302, EX. 6.

Ulysses, ut est in fabulis, quum apud Calypsonem (better Calypso) posset in omnibus deliciis vivere, tamen illam asperam ac lapidosam patriam suam anteposuit etiam immortalitati; non ita facturus, si illam Teucri sententiam approbasset, patriam esse cuique, ubicunque cuique esset bene. — MURETUS.

---

[1] Grandiloquus has a depreciating sense in Cic., except Or. 5, 2, where ut ita dicam is added.

Page 302, Ex. 7.

Gravem admodum sententiam Gobryæ Xenophon dedit, quamque quotidiana experientia (rerum usus) veram esse declarat. Difficilius videlicet reperiri, qui secundam, quam qui adversam fortunam bene ferant. Secundis enim rebus insolescunt (insolentes fiunt) plerique homines et efferuntur; adversis omnes ad temperantiam moderationemque revocantur. — Muretus.

Page 303, Ex. 8.

Ex omnibus, quotquot hodie supersunt, Græcarum litterarum monumentis, nullum, mea sententia, memorabilius est, quam Theogonia Hesiodi. Quod carmen etsi nec magnitudine, nec splendore argumenti, rerumque aut dictionis varietate atque ornatu ad Homeri aliorumque clarorum poetarum scripta comparari potest, tamen aliam eamque propriam commendationem habet, ut ea causa etiam anteferendum illis poematis esse videatur. — Hermann, II., 168.

Page 303, Ex. 9.

Antiquus ille philosophus, quem secutus est Hesiodus, primum omnium exstitisse dixit chaos; quam ille non, ut plerique postea, rudem indigestamque molem materiæ, sed propria nominis significatione, Spatium, quod omni materia vacuum est, intelligi voluit. Nam postea demum creatam dicit Materiam. Ei addidit vim copulatricem, quod sine ea iners jacuisset materia, nec quidquam creatum esset. — Hermann, II., 173.

Page 304, Ex. 10.

Apud veteres philosophos perturbata atque implicata quæstio est, permaneatne animus corporeis (corporis) solutus vinculis, an qui corporum, idem sit interitus animorum. Epicurus interire eos putat, nefas ratus, quum tam multa sibi cum suibus convenirent, se hoc uno ab iis interesse. Stoici longam eis vitam, ut cornicibus, sed non perpetuam

tribuunt. Pythagoras vero jucundus est, qui remanere illos quidem docet, sed ex corporibus in alia corpora migrare, ut idem sit forte (should be fortasse) hodie gallus gallinaceus, qui tempore belli Trojani fuerat Agamemnon. — MURETUS.

PAGE 305, EX. 11.

Convalui. Hoc me gratius aut optatius tibi epistolæ principium reperire nullum posse, certo scio. Febris fuit tertiana duplex, qualem tu a me tertio abhinc anno (abhinc tribus annis) Ferrariæ depulisti; nisi quod hæc mitior et remissior fuit. Itaque octavo me die, postquam corripuerat, reliquit (a me discessit). Curatus sum non medicamentis modo, sed et missione sanguinis de consilio Angeli Justiniani nostri, qui medicamenta non solum ipse præscripsit, sed et magnam partem eorum sua manu confecit et concinnavit. — MURETUS.

PAGE 305, EX. 12.

Quum vulgo crederetur viri fortis esse mortem sibi consciscere potius quam grave aliquod et acerbum malum perpeti, sapienter animadvertit Aristoteles, falsam esse illam hominum opinionem; eosque qui ita facerent, non modo fortes, sed ignavos parvique et abjecti animi habendos pronuntiavit. Docent enim se id, quod fugiunt, ferre non posse, neque pares esse ei casui sustinendo, propter quem vitam relinquunt. Id autem effeminatam potius animi mollitiem, quam magnitudinem arguit. — MURETUS.

PAGE 306, EX. 13.

M. Tullium in orationibus suis multa e Græcis oratoribus mutuatum esse constat; neque tantum artificii, quo illis in versandis ac regendis auditorum animis usos esse perspiceret, acrem ac diligentem imitatorem fuisse, verum etiam integra non parum sæpe (? non raro) enthymemata illorum in orationes suas transtulisse. — MURETUS.

Page 307, Ex. 14.

O tristem nobis et acerbum nuntium de rege Navarræ! Quem nos hic etsi acceperamus ex aliis, sustentabamur tamen aliqua spe, donec allatæ sunt litteræ tuæ. Quas ego utrasque heri vesperi acceptas communicavi cum omnibus nostris; neque eorum quisquam fuit, qui non ita certo statueret, quum tu ita scriberes, fieri aliter non posse, quin plane deplorata esset optimi et religiosissimi Principis salus. Cujus interitu quantam plagam Gallia, quantam causa religionis acceperit, vereor, ne paucis diebus magno nostro malo sentiamus. En quos fructus civilia bella pariant! Hoc unum miseræ Galliæ restabat mali, ut veteres illas Thebanas calamitates in suo sanguine renovatas videret. — Muretus.

Page 308, Ex. 15.

Proditum est a veteribus poetis, esse quasdam in oceano insulas, ad quas post mortem deferantur eorum animi, qui sancte religioseque vixerint. Ibi eos inter se jucundissime ac suavissime vivere, in amœnissimo quodam prato, quod perpetius floribus distinctum sit. Nunquam non illic nitere cœlum, frondere arbores, pubescere herbas, ridere omnia, spirare assidue mollissimos favonios, quorum flabellis arborum comæ leniter ventilatæ placidissimo murmure auribus blandiantur. — Muretus.

Page 308, Ex. 16.

Non satis convenit inter antiquos scriptores de causis, ob quas hoc aut illud animal huic aut illi deo immolaretur. Alii enim, quod cuique deo gratissimum esset, id ad illius aras mactari solitum aiunt. Itaque equus Martis erat hostia. Et quod aper Adonin interfecisset, apro Veneri rem divinam fieri nefas erat. Alii, quod quisque deus odisset, ejus potissime (potissimum) illum cæde oblectari putabant. Itaque Nocti sacrificabatur gallus gallinaceus, quod cantu suo diem provocare, noctem fugare videretur; capra Palladi, quod oleam insigniter læderet. — Muretus.

PAGE 309, EX. 17.

Si ea demum sacra ac religiosa sunt, quæ ornatu carent, removeatur aurum a templis : gemmæ, signa, tabulæ, donaria denique omnis generis removeantur. Sin hoc vel cogitari nefarium est, fateamur id, quod ratio quodam modo ipsa præscribit, neque opes usquam melius quam in Dei cultu, neque dicendi copiam præclarius quam in excolenda exornandaque philosophia collocari. — MURETUS.

PAGE 310, EX. 18.

Nunquam putassem fore, non modo ut ex tuo, sed ut ex cujusquam dolore voluptatem capere possem. Et tamen, si vera dicenda sunt, fatear necesse est, jucundissimum mihi fuisse, quod ex litteris tuis intellexi, vehementer doluisse te, quum primum de invaletudine mea nuntius istuc allatus est. Dolor enim ille aliunde quam ab eximio quodam amore erga me tuo proficisci non potuit; et mihi, ex quo te primum vidi atque ex aliis plurimis audivi qua tu eruditione ac virtute vir esses, nihil optatius fuit, quam ut abs te amarer. — MURETUS.

PAGE 310, EX. 19.

Urbano et eleganti artificio usus est Socrates ad reprimendum Alcibiadis fastum in eo dialogo, qui inscribitur Alcibiades Primus. Nam quum sibi persuaderet adolescens ille (quod ejus ætatis esse ingenium solet), abunde jam instructum esse se iis omnibus rebus, quæ ad administrandam rempublicam pertinerent, blande aggressus hominem Socrates paulatim interrogando eo perduxit, ut ex ipsius responsionibus aperte efficeretur, eum nullam esse adhuc justi et injusti scientiam consecutum. Quumque ægre ferret quodammodo Alcibiades et indignaretur, quod inscientiam sibi exprobrari putaret, purgat se Socrates affirmatque, se nihil prorsus tale in eum dicere; ipsum esse Alcibiadem, qui de se fateretur. — MURETUS.

124059

PAGE 311, EX. 20.

Homeri poemata quanti fecerint Athenienses, quamque utilia esse ad inflammandos honestatis et dignitatis amore animos judicarint, hinc existimari licet, quod legem tulerunt, ut quinto quoque anno in Panathenæis (Panathenaicis ?) ejus unius ex omni poetarum numero carmina publice canerentur. Ita enim cogitabant, leges præcipere quidem, quid faciendum fugiendumque sit, sed propter brevitatem non docere; at poetas, qui vitam hominum imitantes, res præclare ac fortiter gestas copiose exponerent, easque propemodum ante oculos constituerent, aptiores esse ad persuadendum. — MURETUS.

PAGE 312, EX. 21.

Similem honorem habuerunt Lacedæmonii Tyrtæo. Quum enim ceteroqui a poeticis studiis alieni essent, neque poetarum cantus libenter audirent, lege tamen constituerant, ut, quoties cum hostibus dimicaturus in procinctu constitisset exercitus, convocarentur milites in tabernaculum regium; ibique audiendis Tyrtæi carminibus ad spernendam (contemnendam) pro patria vitam incitarentur. Æschylo quoque idem prope honos a populo Atheniensi tributus est. Unius enim ex omnibus tragicis fabulæ, ipso etiam mortuo, ut docerentur, decreto publico statutum erat. — MURETUS.

PAGE 313, EX. 22.

"Totas noctes dormimus, neque ulla fere est, qua non somniemus; et miramur aliquando id, quod somniavimus, evadere?" Philosophi hæc verba sunt, exagitantis vanitatem somniorum, et negantis, si quædam somnia eventus comprobet, ex eo effici, ut ne somnia pro somniis habenda sint. Nam in tanta copia ac varietate magis mirum foret, si nihil unquam eorum, quæ per quietem videntur, evenirent. — MURETUS.

PAGE 313, EX. 23.

Vafra in primis et astuta ratione ad regnum ex humili et abjecta conditione pervenisse Semiramis dicitur. Regem

Ninum ita sibi paulatim astrinxerat, ut nihil esset tantum, quod aut a rege petere non auderet Semiramis, aut petenti rex auderet negare. Ergo quum aliquando injecisset in sermone quiddam se valde cupere, rexque eam, quicquid tandem illud esset, aperte et libere proferre jusisset: Cuperem, inquit, hoc mihi a te tribui, ut unum modo diem sedere mihi liceret in solio tuo et jus dicere; utque omnes totum illum diem quemadmodum tibi faciunt, ita mihi obtemperarent. — MURETUS.

PAGE 314, EX. 24.

Risit rex; et quod petebatur, concessit. Nec mora (Statim) edicitur, ut certo quodam die omnes Semiramidi dicto audientes sint. Ita regi placere: eam illo die regio imperio ac potestate præesse omnibus. Ubi ille advenit dies, mulier regio cultu in solio assedit. Fit concursus maximus. Illa (de) principio, experiendi causa, quædam haud magni momenti imperat. — MURETUS.

PAGE 315, EX. 25.

Ubi serio omnes sibi omnibus in rebus parere videt, jubet (imperat) satellitibus ac stipatoribus corporis regii, ut regem ipsum comprehendant. Comprehenditur. Ut vinciant; vincitur. Ut interficiant; interficitur. Ita imperium ex diurno diuturnum efficitur. Hæc est, quæ Babylonem muris latericiis cinxit; cujus horti illi pensiles tantam admirationem habuerunt. — MURETUS.

PAGE 315, EX. 26.

De Platone Cicero, bonus imprimis æstimator (existimator) eloquentiæ, ita magnifice sentiebat, Jovem ut ipsum, si Græce loqui vellet, non alio quam Platonis sermone usurum esse diceret. Quid Aristoteles? non et ipse dicendi præcepta unus omnium optime tradidit, et ea dicendi copia fuit, ut eum idem Cicero auro fluentem fluvium nominarit? — MURETUS.

PAGE 316, EX. 27.

Animi morbis medetur philosophia eamque in suis efficit animi firmitatem, quam non voluptatum illecebræ, non dolorum faces, non divitiarum splendor, non obscura et contempta paupertas, non honorum sitis, non ignominiæ metus, non vitæ cupiditas, non mortis terror convellere ac labefactare possit. Ut enim Olympi cacumen poetæ semper quietum esse aiunt; propterea quod altius est, quam ut eo vis ventorum tempestatumque perveniat; sic philosophorum animus sublimior et excelsior est, quam ut istos flatus sentiat furentium et de rebus abjectissimis inter se humi digladiantium cupiditatum. — MURETUS.

PAGE 316, EX. 28.

Vix ausus essem a te postulare, ut ad me Latine scriberes; veritus, ne id tibi oppido difficile videretur. Quo mihi gratiores fuerunt eæ litteræ, quas a te Latine scriptas nuper accepi: non illæ quidem omni ex parte emendatæ, multo tamen nitidiores et cultiores, quam credidissem. Itaque bene te sperare jubeo, neque dubitare, quin aliquando, duce me, aliquam sis hujus quoque generis facultatem consecuturus. — MURETUS.

PAGE 317, EX. 29.

Certe enim, quum omnes summo consensu medici dictitarent, nullam prope amplius reliquam esse spem evadendi, ita me comparaveram atque ita animum composueram, ut neque angerer neque terrerer mortis, ut putabatur, imminentis metu; neque quidquam aliud a Deo peterem quam ut mecum misericorditer ageret (misericordia in me uteretur); condonaret errata anteactæ vitæ, neque pateretur me in illa separatione animi a corpore aut diutius aut vehementius torqueri quam vires meæ ferre possent. — MURETUS.

PAGE 317, EX. 30.

Spero tamen, relictum esse me a Deo in hac vita, ut maculas, superiore ætate contractas lachrymis deleam; tan-

demque omissis et abjectis vitiorum illecebris, saltem jam senex eam vivendi rationem capessam, quam tenere a principio debuissem. Atque a te, vir clarissime, etiam atque etiam peto, ut me ad hoc animi mei propositum persequendum, ut exemplo incitas, ita et monitis ac præceptis et fusis (factis, adhibitis, or missis) pro me ad Deum precibus adjuvare digneris. — MURETUS.

PAGE 318, EX. 31.

Sapienter interpretatur Ovidianus Deucalio sortem sibi a Themide datam, quærenti qua arte genus humanum aquis exstinctum reparare posset: qui jussus ossa magnæ matris post tergum jacere, matris nomine terram intellexit, cujus in corpore ossa lapides vocarentur. — MURETUS.

PAGE 318, EX. 32.

Æquiore animo se puniri ferunt, quicunque se, qui puniantur, dignos putant. Quocirca Aristoteles libro secundo de Arte Rhetorica inter ea, quæ ad placandum animum pertinent, ponit illud quoque, ut iis, qui sibi factam injuriam censent, ostendamus, ipsos priores in injuria inferenda fuisse, et merito ipsis contingere (accidere) ea, de quibus queruntur. — MURETUS.

PAGE 319, EX. 33.

Mox in gravem morbum incidebat, eoque per binos menses ita conflictabatur ut amici et medici vitæ ejus timerent, nec ipse, quamvis depulsa morbi vi, nisi admodum tarde ac lente amissas corporis vires pristinamque sanitatem recuperaret. — WYTTENBACH.

PAGE 319, EX. 34.

Remitto tibi censuram tuam, in qua vix reperi quod calumniarer, nedum quod reprehenderem. Rectum certumque judicium tuum: oratio elegans ac plane Latina. In qua te tantum profecisse, eo magis gaudeo, quod, me

potissimum auctore, hanc bene scribendi laudem ceteris, quæ in te sunt, ingenii ac doctrinæ ornamentis conjungendam putasti. — RUHNKEN to WYTTENBACH, p. 24.

PAGE 319, EX. 35.

Quasi domus in nosocomium (valetudinarium) conversa esset, in ea ægrotant et filia natu minor, et duæ famulæ. Igitur a te petere cogor, ut adventum tuum, quem multis de causis tantopere exspectabam, in tempus nobis commodius differre velis. Vale, vir optime. Leidæ, d. 19, Mart. 1788. — RUHNKEN to WYTTENBACH, p. 54.

PAGE 320, EX. 36.

Quo segniorem ætas me in litteris scribendis facit, eo vehementius tecum colloqui cupio, præsertim quum infinita sint confabulandi argumenta. Feceris igitur et mihi et meis omnibus gratissimum, si nos per ferias paschales et longo intervallo revisas. Asperum frigus est, fateor; sed luculentus tibi focus in cubiculo parabitur. — RUHNKEN to WYTTENBACH, p. 58.

PAGE 320, EX. 37.

Raræ quidem litteræ tuæ sunt; sed raritatem mirifica suavitate compensant. In iis multa me delectarunt, sed nihil magis quam amor ille, quem mihi non solum vivo præstas, sed etiam meis, quum ego esse desiero, te præstiturum sancte promittis. — RUHNKEN to WYTTENBACH.

PAGE 321, EX. 38.

De rebus nostris, modicis illis quidem, sed satis explicatis, quum sub tempus vernum ad nos veneris, confabulemur. Ceterum et animo et corpore ita vigeo, ut, nisi me apoplexia rapiat, videar posse ad eandem ætatem, quam mater mea attigit, pervenire. Nec ulla alia re senem me fieri conseo, nisi pigritia in litteris scribendis. — RUHNKEN to WYTTENBACH.

PAGE 321, EX. 39.

Nostri non amplius viginti omnibus sunt prœliis desiderati. Sed in castello nemo fuit omnino militum, quin vulneraretur; quatuorque ex una cohorte Centuriones oculos amiserunt. Et quum laboris sui periculique testimonium adferre vellent, millia sagittarum circiter triginta in castellum conjecta Mario renumeraverunt; scutoque ad eum relato Scævæ Centurionis, inventa sunt in eo foramina CXX. — CÆSAR.

PAGE 322, EX. 40.

Mittit eo M. Valerium cum legionis octavæ cohortibus quinque. Veienses simul atque nostra signa viderunt, portas aperuerunt, universique et oppidani et milites obviam gratulantes Valerio exierunt: Sulpicius et Manlius de muro se dejecerunt. Manlius ad Antonium deductus petit ut ad Marium mitteretur. Valerius cum cohortibus et Manlio eodem die, quo profectus erat, revertitur. Marius eas cohortes cum exercitu suo conjunxit, Manliumque incolumem dimisit. — CÆSAR.

PAGE 322, EX. 41.

Pomponium nostrum audivi dicentem, duo milites se habuisse in Hispania fratres, ex agro Falisco locupletes, quibus quum a patre relicta esset parva villa, et agellus non sane major jugero uno, hos circum villam totam alvearium fecisse, et hortum habuisse, ac reliquum thymo et cytiso obsepivisse et apiastro. Hos nunquam minus, ut peræque ducerent, dena millia sestertia ex melle recipere esse solitos. — VARRO DE RE RUSTICA, Lib. III.

PAGE 323, EX. 42.

Si pabulum naturale non est, ea oportet dominum serere, quæ maxime sequuntur apes: ea sunt rosa, serpyllum, apiastrum, papaver, faba, lens, pisum, ocimum, cyperum, medica, et maxime cytisum, quod valentibus utilissimum est. Etenim ab æquinoctio verno florere incipit et permanet ad

alterum æquinoctium auctumni. Sed ut hoc aptissimum ad sanitatem apium, sic ad mellificium thymum. Propter hoc Siculum mel fert palmam, quod ibi thymum bonum et frequens est. — VARRO DE RE RUSTICA, Lib. III.

PAGE 323, EX. 43.

Ut alimenta sanis corporibus agricultura, sic sanitatem ægris medicina promittit. Hæc nusquam quidem non est; siquidem etiam imperitissimæ gentes herbas aliaque prompta in auxilium vulnerum morborumque noverunt. Verumtamen apud Græcos aliquanto magis quam in ceteris nationibus exculta est: ac ne apud hos quidem a prima origine, sed paucis ante nos sæculis: utpote quum vetustissimus auctor Æsculapius celebretur. Qui, quoniam adhuc rudem et vulgarem hanc scientiam paulo subtilius excoluit, in deorum numerum receptus est. — CELSUS, Lib. I., init.

PAGE 324, EX. 44.

Hujus deinde duo filii, Podalirius et Machaon, bello Trojano ducem Agamemnonem secuti, non mediocrem opem commilitonibus suis attulerunt. Quos tamen Homerus non in pestilentia, neque in variis generibus morborum aliquid attulisse auxilii, sed vulneribus tantummodo ferro et medicamentis mederi solitos esse proposuit. Ex quo apparet, has partes medicinæ solas ab his esse tentatas, easque esse vetustissimas. Eodemque auctore disci potest, morbos tum ad iram deorum relatos esse, et ab iisdem opem posci solitam. — CELSUS, Lib. I., init.

PAGE 324, EX. 45.

Verique simile est, inter nulla auxilia adversæ valetudinis, plerumque tamen eam bonam contigisse, ob bonos mores, quos neque desidia neque luxuria vitiarant (vitiarat). Siquidem hæc duo corpora, prius in Græcia, deinde apud nos, afflixerunt. Ideoque multiplex ista medicina, neque

olim, neque apud alias gentes necessaria, vix aliquos ex nobis ad senectutis principia perducit. — CELSUS, Lib. I., init.

PAGE 325, EX. 46.

Integras atque incolumes copias Sylla inferiore militum numero continebat, quum illi omnium rerum copia abundarent; quotidie enim magnus undique navium numerus conveniebat, quæ commeatum subportarent: neque ullus flare ventus poterat, quin aliqua ex parte secundum cursum haberent. Ipse autem, consumptis omnibus longe lateque frumentis, summis erat in angustiis; sed tamen hæc singulari patientia milites ferebant. Recordabantur enim, eadem se superiore anno in Bithynia perpessos, labore et patientia maximum bellum confecisse. Meminerant ad Nicomediam magnam se inopiam perpessos, multo etiam majorem ad Mantinium, maximarum se gentium victores discessisse. — CÆSAR.

PAGE 326, EX. 47.

Interim certior factus L. Sanga, quem discedens castris præfecerat Sulla, auxilio cohorti venit cum legionibus duabus, cujus adventu facile sunt repulsi Africani. Neque vero conspectum aut impetum nostrorum tulerunt; primisque dejectis, reliqui se verterunt et loco cesserunt. Sed insequentes nostros, ne longius prosequerentur, Sanga revocavit. At plerique existimant, si acrius insequi voluisset, bellum eo die potuisse finiri. Cujus consilium reprehendendum non videtur; aliæ enim sunt legati partes, aliæ imperatoris. Alter omnia agere ad præscriptum, alter libere ad summam rerum consulere debet. — CÆSAR.

PAGE 327, EX. 48.

Ipse iis operibus, quæ facere instituerat, milites disponit, non certis spatiis intermissis, ut erat superiorum dierum consuetudo, sed perpetuis vigiliis stationibusque, ut con-

tingant inter se atque omnem munitionem expleant. Tribunos militum et præfectos circummittit atque hortatur, non solum ab eruptionibus caveant, sed etiam singulorum hominum occultos exitus observent. Neque vero tam remisso ac languido animo quisquam omnium fuit, qui ea nocte conquieverit. — CÆSAR.

PAGE 327, EX. 49.

Huc ubi perventum est, quum propter ætatem pedibus jam non valeret, asinoque veheretur, magni concursus et Judæorum et Paganorum sunt facti; quum alii reminiscentes veteris famæ, ætatis misererentur; plurimi vero ira exacuerentur, propter odium Christianorum, maximeque quod diis patriis Polycarpus sacra fieri prohibuerat. Qua de re, quum Christum exsecrari jussus, negasset id se regi suo et servatori facturum, statim traditus est carnificibus, ut vivus combureretur. Hic quum ad mortem duceretur, obvius ei fuit presbyter quidam, quo familiariter fuerat usus. Is quum lacrymans dixisset: "O quam indigna perpeteris, Polycarpe!" huic ille, "at non inopinata," inquit, "hunc enim exitum multi deinde episcopi habebunt Christianorum."— See CORN. NEPOS, end of Life of Phocion.

PAGE 328, EX. 50.

Facis tu quidem fraterne, quod me hortaris, sed mehercule currentem nunc quidem, ut omnia mea studia in istum unum conferam. Ego vero ardenti quidem studio hoc fortasse efficiam, quod sæpe viatoribus, quum properant, evenit; ut, si serius, quam voluerunt, forte surrexerint, properando etiam citius, quam si de multa nocte vigilassent, perveniant, quo velint; sic ego, quoniam in isto homine colendo tam indormivi diu, te mehercule sæpe excitante, cursu corrigam tarditatem. — CICERO.

PAGE 329, EX. 51.

Cato in Sicilia naves longas veteres reficiebat, novas civitatibus imperabat. Hæc magno studio agebat. In Lucanis Bruttüsque per legatos suos civium Romanorum delectus habebat: equitum peditumque certum numerum a civitatibus Siciliæ exigebat. Quibus rebus pæne perfectis, adventu Curionis cognito, queritur in concione, sese projectum ac proditum a Cn. Pompeio, qui omnibus rebus imparatissimus, non necessarium bellum suscepisset et, ab se reliquisque in senatu interrogatus, omnia sibi esse ad bellum apta ac parata confirmavisset. — CÆSAR.

PAGE 329, EX. 52.

His datis mandatis, Canusium cum legionibus sex pervenit, veteranis tribus, reliquis, quas ex novo delectu confecerat atque in itinere compleverat. Domitianas enim cohortes protinus a Corfinio in Siciliam miserat. Reperit consules Dyrrhachium profectos cum magna parte exercitus, Lucceium remanere Brundisii cum cohortibus viginti: neque certum inveniri poterat, obtinendine Brundisii causa ibi remansisset, quo facilius omne Hadriaticum mare in potestatem haberet, an inopia navium ibi restitisset. — CÆSAR.

PAGE 330, EX. 53.

Quum juventus concitata temere arma caperet, et quietos Thessalos manu lacessere conaretur, jure ego senatum coëgi auctoritate sua comprimere adolescentium violentiam. Ego quæstoribus interminatus sum, ne sumptum stipendio præberent. Ego, armamentario patefacto, restiti, atque efferri arma prohibui. Itaque unius opera mea non concitatum bellum non necessarium scitis. — RUT. LUPUS (Trans. from the Orator, Lycurgus).

PAGE 330, EX. 54.

Vide, quam sit varia vitæ commutabilisque ratio, quam vaga volubilisque fortuna, quantæ infidelitates in amicis,

quam ad tempus aptæ simulationes, quantæ in periculis fugæ proximorum, quantæ timiditates. Erit, erit illud profecto tempus, et illucescet aliquando ille dies, quum tu, et amicissimi benevolentiam, et gravissimi hominis fidem, et unius post homines natos fortissimi viri magnitudinem animi desideres. — CICERO.

PAGE 331, EX. 55.

Quæritis novam rationem administrandæ reipublicæ? at reperire meliorem, quam a majoribus accepistis, non potestis. Quæritis maximis sumptibus faciendis, quomodo ne tributa conferatis? at consiliis captis ærarii opes, quas cupitis, augere non potestis. Quæritis, quemadmodum scelere contaminatis hominibus parcatis? at ignoscendo nocentibus, innocentium salutem custodire non potestis. — RUT. LUPUS from Stratocles.

PAGE 331, EX. 56.

Ne fortissimi quidem viri, nisi in extrema necessitate, alicujus dedecoris evitandi causa mortem ultro oppetiverunt; ut P. Crassus Mucianus cum Aristonico bellum in Asia gerens, a Thracibus, quorum is magnum numerum in præsidio habebat, inter Elæam et Zmyrnam exceptus, ne in ditionem ejus perveniret, dedecus arcessita ratione mortis effugit. Virgam enim, qua ad regendum equum usus fuerat, narratur in unius barbari oculum direxisse, qui vi doloris accensus latus Crassi sica confodit, dumque se ulciscitur, Romanum imperatorem majestatis turpitudine liberavit. — CICERO, Frag. Orat. pro Scauro.

PAGE 332, EX. 57.

Ego quum omnes amicitias tuendas semper putavi summa religione et fide, tum eas maxime, quæ essent ex inimicitiis revocatæ in gratiam: propterea quod, integris amicitiis, officium prætermissum, imprudentiæ, vel, ut gravius inter-

pretemur, negligentiæ excusatione defenditur: post reditum in gratiam, si quid est commissum, id non neglectum, sed violatum putatur, nec imprudentiæ, sed perfidiæ assignari solet. — CICERO, Frag. Orat. pro Gabinio.

PAGE 333, EX. 58.

Convocatis ad concionem militibus, "Scitote, inquit, paucissimis his diebus regem affuturum cum decem legionibus, equitum triginta, levis armaturæ centum millibus, elephantis trecentis. Perinde desinant quidam quærere ultra aut opinari, mihique, qui compertum habeo, credant: aut quidem in vetustissimam navem impositos quocunque vento in quascunque terras jubebo avehi. — CÆSAR, ap. Suet.

PAGE 333, EX. 59.

Cujus adventu nunciato, L. Plancus, qui legionibus præerat, necessaria re coactus, locum capit superiorem, diversamque aciem in duas partes constituit, ne ab equitatu circumveniri posset. Ita, congressus impari numero, magnos impetus legionum equitatusque sustinet. Commisso ab equitibus prœlio, signa duarum legionum procul ab utrisque conspiciuntur, quas C. Fabius ulteriore ponte subsidio nostris miserat, suspicatus fore id, quod accidit, ut duces adversariorum occasione et beneficio fortunæ ad nostros opprimendos uterentur; quarum adventu prœlium dirimitur, ac suas uterque legiones reducit in castra. — CÆSAR.

PAGE 334, EX. 60.

Dum hæc parat atque administrat, C. Fabium legatum cum legionibus tribus, quas Narbone circumque ea loca hiemandi causa disposuerat, in Hispaniam præmittit, celeriterque Pyrenæos saltus occupari jubet, qui eo tempore ab L. Afranio legato præsidiis tenebantur: reliquas legiones, quæ longius hiemabant, subsequi jubet. Fabius, ut erat imperatum, adhibita celeritate, præsidium ex saltu dejecit, magnisque itineribus ad exercitum Afranii contendit. — CÆSAR.

Page 335, Ex. 61.

Etsi nihil erat quod scriberem, ac præterea mirum me quoddam scribendi odium tenebat, nolui tamen verberonem hunc meum sine meis ad te litteris istuc venire. Amo te quotidie magis, quod a te litterarum studia eodem modo amari confido. Sed velim ad me diligenter scribas, quo te nunc scriptore oblectes, Cicerone an Terentio, an, quod malim, utroque. Dare etiam operam debes, ut in iis, quæ ad me scribes, iis loquendi generibus utare, quæ in illorum scriptis notaveris, ut ea ipsa res fidem mihi faciat diligentiæ in eis legendis tuæ. Vale. Tibure, V. Kal. August. MDLXX. — Muretus.

Page 336, Ex. 62.

Si adversus vos patriamque et deos penates tot labores et pericula suscepissem, quoties a prima adolescentia ductu meo scelestissimi hostes fusi, et vobis salus quæsita est, nihil amplius in absentem me statuissetis quam adhuc agitis, Patres Conscripti: quem contra ætatem projectum ad bellum saevissimum cum exercitu optime merito, quantum est in vobis, fame, miserrima omnium morte, confecistis. Hac in spe populus Romanus liberos suos ad bellum misit? Hæc sunt præmia pro vulneribus et toties ob rempublicam fuso sanguine? Fessus scribendo mittendoque legatos, omnes opes et spes privatas meas consumpsi, quum interim a vobis per triennium vix annuus sumptus datus est. — Epist. Cn. Pompeii.

Page 337, Ex. 63.

Per deos immortales utrum censetis me vicem ærarii præstare, an exercitum sine frumento et stipendio habere posse? Equidem fateor me ad hoc bellum majore studio, quam consilio profectum; quippe qui, nomine modo imperii a vobis accepto, diebus quadraginta exercitum paravi, hostesque in cervicibus jam Italiæ agentes ab Alpibus in His-

paniam summovi. Per eas iter aliud atque Hannibal, nobis opportunius, patefeci. Recepi Galliam, Pyrenæum, Laletaniam, Indigetes: et primum impetum Sertorii victoris, novis militibus et multo inferioribus sustinui: hiememque in castris, inter sævissimos hostes, non per oppida, neque ex ambitione mea egi. — Cn. Pompeius.

Page 337, Ex. 64.

Quid dein prœlia, aut expeditiones hibernas, oppida excisa aut recepta enumerem? quando res plus valet, quam verba. Castra hostium apud Sucronem capta, et prœlium apud flumen Durium, et dux hostium C. Herennius cum urbe Valentia et exercitu deleti, satis clara vobis sunt; pro quibus, O grati Patres, egestatem et famem redditis. Itaque meo et hostium exercitui par conditio est. Namque stipendium neutri datur: victor uterque in Italiam venire potest. Quod ego vos moneo, quæsoque ut animadvertatis, neu cogatis necessitatibus privatim mihi consulere. — Cn. Pompeius.

Page 338, Ex. 65.

Hispaniam citeriorem nos aut Sertorius ad internecionem vastavimus, præter maritimas civitates, quæ ultro nobis sumptui onerique. Gallia superiore anno Metelli exercitum stipendio frumentoque aluit; et nunc malis fructibus ipsa vix agitat. Ego non rem familiarem modo, verum etiam fidem consumpsi. Reliqui vos estis; qui nisi subvenitis, invito et prædicente me, exercitus hinc et cum eo omne bellum Hispaniæ in Italiam transgredientur. — Cn. Pompeius.

Page 339, Ex. 66.

Herennius quum ab equitatu novissimum agmen premeretur et ante se hostem videret, collem quemdam nactus, ibi constitit. Ex eo loco quatuor cetratorum cohortes in montem, qui erat in conspectu omnium excelsissimus, mittit. Hunc magno cursu concitatos jubet occupare, eo consilio,

ut ipse eodem omnibus copiis contenderet et, mutato itinere, jugis Octogesam perveniret. Hunc quum obliquo itinere cetrati peterent, conspicatus equitatus Marii in cohortes impetum facit; nec minimam partem temporis equitum vim cetrati sustinere potuerunt, omnesque ab eis circumventi in conspectu utriusque exercitus interficiuntur. — CÆSAR.

PAGE 339, EX. 67.

Accepi ternas tuas litteras: in postremis autem quædam erant ita negligenter scripta, ut facile constaret, aliud egisse te, quum illa scriberes. Ostendam ea tibi, quum istuc venero, et auriculam pervellam tibi, ut postea in scribendo attentior sis, et saltem eos solæcismos effugias, quos effugerent etiam pueruli, qui primis litteris imbuuntur. Noli tamen ex hac mea admonitione molestiam ullam capere. Non enim propterea volo quidquam de tua hilaritate detrahi, sed ad diligentiam addi. Vale. Tibure, IX. Kal. Octobr., MDLXX. — MURETUS.

PAGE 340, EX. 68.

Dulces litteræ tuæ, ut omnia, quæ a te proficiscuntur; etsi in eis multa peccaveras. Sed ut filioli balbutientes libenter audiuntur a patribus, suntque eorum etiam ipsi errores voluptati: sic mihi ista tua in litteris infantia jucundissima est. Eas ipsas ad te remitto mea manu emendatas. Scis enim ita inter nos convenisse. Tu, mi Alexander, dulcissime ac suavissime, sequere magno animo eam viam, ad quam et tua te natura fert, et ego tibi hortator atque impulsor fui. Magnam de te spem meo testimonio apud parentes tuos concitavi; quæ ne et eos et me fallat, omni tibi cura ac studio providendum est. Vale. Nonis Juliis, Tibure, MDLXX. — MURETUS.

SOUTHERN COLORADO STATE COLLEGE LIBRARY
ACADEMY OF MT. ST. JOSEPH-ON-THE-OHIO

Date Due			

SOUTHERN COLORADO STATE COLLEGE LIBRARY

AUTHOR
Arnold, Thomas K.
TITLE Key to Arnold's latin prose composition

DATE DUE	BORROWER'S NAME

Arnold, Thomas K.
Key to Arnold's latin pros composition


S0-AVJ-021